

R. 13  
5/18

Ed H F.

W - 22









# Iulii Obssequen-

TIS PRODIGIORUM LIBER,  
ab Urbe condita usq; ad Augustum  
Cesarem; cuius tantum extabat Fragmentum, nunc  
demum Historiarū beneficio, p[ro]mota[re] d[icitur] restituere  
y[et] d[icitur] p[ro]digia Aeneas, in se-  
gretati fueriturne.

Polydori Vergilij Vrbinatis  
de Prodigis libri III.



BASILEAE.

Este Corregido por comision del 1<sup>o</sup> of. de la Universidad  
de Salamanca en el año de 1910 en 2 de Mayo  
Juan Miseres



A D I N S I G N E M P I E T A T E A C H R V -  
ditione mirum, Dominum Augustinum ~~magistrum~~, ~~Opus~~  
~~magistrorum~~, ~~in latum~~  
Obsequantem prefatio.



V A N T A ueterum Ro-  
manorum in reb. gerē-  
dis fuerit religio, cūm  
infinitis exemplis, quę  
historiarum lectio no-  
bis suppeditat, tū ex eo  
maximē liquet, quod domi foris' ue nihil  
egerint, nīl Augures, quos Deorum in-  
ternuncios interpretēsq; uocabāt, prius  
consuluerint, quorum tanta erat digni-  
tas, ut non modō in senatum ascribere-  
tur, sed singulis quoque tribubus singu-  
li præficerentur. Illorum munus erat, ex  
auib. uaticinia obseruare, Deorum mo-  
nita contemplari, de prodigijs, somnijs,  
oraculis, p̄tentis, extisq; non tantum  
diuinitus reuelata respōsa dare, sed qui-  
bus etiam sacris ac supplicationibus, itē  
ad quę puluinaria Deorū in reipub. Ro-  
manæ salutem expiarentur, enunciare.  
Hinc multa statim auspicioꝝ genera na-  
ta sunt, quarum quædam ex coelo, au-  
ibus, tripudijs, quadrupedibus: quædam

ex di .

E P I S T O L A

ex diris, ac à natura planè abhorrentib.  
obseruata: alia item Caduca, cum in tem-  
plo per augures metato , aliquid exci-  
diffet: pleraq; Clivia, quæ uidelicet diffi-  
culter eueniébant, dicta sunt. Ideoq; si la-  
pidibus pluisset, nouendali semper sa-  
cro expiatū est, autore Luiic: si uero cœ-  
lestes ming, terrores' ue, aut tetra nūciarē  
tur prodigia, uel si terribiles species , aut  
quid nouum uel inopinatum oblatū es-  
set, piacularibus sacrificijs factis , ad pla-  
candas deorum iras, uel feritæ indicebati-  
tur, aut lectifernia, nonnunquam etiam  
Iudorum celebritates, Pontificum decre-  
to procurabantur. Fiebant autem sup-  
plicationes cum solenni precatione, Vr-  
be tota, circa omnia tēpla, fanaq; & pul-  
uaria, in quibushonos Dijs dabatur,  
Senatores & Patricij cum uxorisbus acli-  
beris plerunq; coronati, nonnunquā o-  
mnes tribus & ordines, præcunte Pon-  
tifice Max. aliquādo Duumviris, prece-  
dentibus pueris, libertinis, ac uirginibus  
patrīmis & matrīmis, prælata pompa fre-  
quentes supplicare, & pacem Deorum  
immortaliū exposcere solebāt. Fuit sanè  
magna hæc coniuncta cæcitate religio.

Reli-

D E D I C A T O R I A.

Religio quidem, quod non dubitarint  
diuinum quoddam numen esse, quo cū  
cta gubernaretur, & cuius beneficio vir-  
tutum amatores remunerarentur aliquo  
præmio, contemptores uero afficerentur  
supplicio: ob quam causam iratos sibi de-  
os timuerunt, sacrificijsq; placare magno  
studio conati sunt. Cæcitas uero, quod  
cum ueris & omnipotentis Dei cognitio  
nem nullam habuerint, eiusdem tamen  
consilia, satanæ ( quem eo tempore sub  
Apollinis, Ideæ, aliorumq; deorum spe  
cie colebant ) responsis explorare, atque  
imminentem delictis poenam religione  
ab hominibus conficia, mitigare, atq; pe-  
nitus effugere sibi persuaserint: quorum  
tamen cæcitati facile ueniam dabis, si  
uerbo Dei planè eo tempore orbatus fu-  
isse intellexeris, sine cuius illuminatio-  
ne in perpetuis ignorantiae nebulis uer-  
sabimur. Est enim quasi sidus quoddam  
lucidum in tenebris, monstrans uerae pie-  
tatis uitam, & quo mentes hominum ue-  
ra Dei cognitione illustrantur, nouamq;  
lucem fidei concipiunt, ac iuxta illud tam-  
quam Cynosuram, omnem uitæ cursum  
dirigere discunt, iuxta illud Psalmogra-

## E P I S T O L A

phi: Lucerna pedibus meis uerbum tuū.  
& alibi: Dirigeme in uerbo & ueritate  
tua. Nec fieri sanè ullo modo potest, quin  
homines hac luce uerbi destituti, ruant  
in grauissimas tenebras, atque à uera pie-  
tatis uia longè aberrent. Quid igitur cre-  
dis Romanos, quibus ipsa natura, foecun-  
da rerum mater, fatus pietatis igniculos  
insculpsit, facturos fuisse, si diuini uerbi  
lucerna illuxisset? Fateberis nimirum, ut  
virtutibus uarijs & rerum gestarum glo-  
ria cæteras quæ sub terrarum orbe natio-  
nes sunt, uicerit, sic etiā religionis ueræ  
studio posteros, qui Christianam re-  
ligionē nomine potius quam facto pro-  
fitentur, multis parasangis præcursoros  
fuisse. Qd ita maximè deprehēdere licet,  
si uitæ actiones ac pietatis zelum, colla-  
tione quadam cum priscis illis Roma-  
nis probè examinaueris. Apparuerūt e-  
nīm hominum memoria infinita & hor-  
renda prodigia, quibus Deus iustus uin-  
dex irā suam mundo minatus est: & que  
Christus, summa sapientia patris, sub fi-  
nem mundi uentura prædictit, Lucæ 21.  
Erunt signa in sole, luna & stellis, in ter-  
ris erit anxietas gentium, per desperatio-  
nem,

D E D I C A T O R I A.

nem, resonante mari & fluctibus, extabe  
scēntibus hominib. præ timore, atq; ex-  
pectatione eorum quæ superuenient or  
bi terrarum, &c. Haec si unquam in mū-  
ndo uisa sunt, certè paucis hinc clapsis an  
nis, satis superq; conspeximus, cum nūc  
tres, nunc quatuor eclipses in unum an  
nū inciderunt, & stellæ crinitæ, lāpades  
ardentes, faces de ccelo decidentes, ac a-  
lia coelestia prodigia non defuerint: que  
etiamsi naturaliter à Philosophis fieri di-  
cantur, habent tamen suas etiam super-  
naturales causas, quib; agit dux natu-  
ræ Deus, refragantibus nostris rationi-  
bus. qualia etiam sunt, quæ anno præte-  
rito apud Puteolanos magno omnium  
horrore acciderunt: quorum regio bien-  
nio ferè magnis terræmotib. adeò agita-  
ta est, ut nulla in ea superesset domus in-  
tegra, nullum ædificiū, quod nō certam  
& proximam ruinam minaretur. At ue-  
rò quinto & quarto Calend. Octob. per  
petuis diebus noctibusq; terra commo-  
ta est, mare passib. ferè c.c. recessit: quo  
quidem loco aquæ dulces prosilire uisæ  
sunt. tertio demum Calend. magnus ter-  
ræ tractus, qui inter radices montis, quæ

## E P I S T O L A

Barbarum incolæ appellant, & mare iuxta Auernum iacet, iæse erigere uidebatur: & montis subitò nascentis figuram imitari. quo die iste terra cumulus, aper-to ueluti ore magno cum fremitu, magnos ignes euomuit, pumicesque, lapi-des, cinerisque foedi tantam copiâ, ut quæ adhuc extabant Puteolorum ædificia o-peruerit, arbores fregerit, pendentemque vindemiam ad sextum usque lapidem in cineres conuerterit, aues, quadrupedes bestias interemerit, fugientibus per te-nebras Puteolanis cum natis & uxorib. & magno gemitu eiulatuque Neapolim se se recipientibus. Non dicam hoc loco de inundationibus, quæ ante paucos annos urbem Romanam penè submerserunt: Adriatici maris motus inauditos, quibus aliquot hominum millia perierunt: trans eo & Vesuvium montem, qui noua eruptione, quæ Anno à nativitate Christi M. D. X X X V I I . facta, in loco plano magnum terræ hiatum aper-ruit, atque per circuitum ingētem molem in modum montis altissimi coaceruauit: quemadmodū et Aetna, Anno 1537. qui nouis fractis crateribus, non tantum col-les

## D E D I C A T O R I A.

Iles omnes, nemora, saxa, rupes, et pagos  
duos in cinerem conuertit: sed totam e-  
tiam Siciliam, & Calabriæ partem, ma-  
gno omnium stupore ac pernicie crude-  
liter infestauit. Omitto alia horreda pro-  
digia, miracula atq[ue] portenta, quæ clapsis  
iā aliquot annis in diuersis regionibus,  
& in Germania præsertim, uisa atq[ue] audi-  
ta sunt: quibus flagitijs nostris fratus De-  
us, ultionē atque vindictam minatus est.  
Sed frustra, proh dolor. adeò enim in  
mundi huius inglorie ac coeno immer-  
si sumus, tanta impietas mentes hominū  
inuasit, ita luxus, libido, atq[ue] alia horren-  
da inter Christianos creuerunt flagitia,  
ita abundauit omnis iniquitas atq[ue] per-  
uersitas, ut nullus horum omniū uel pu-  
dor, uel metus reliquus sit. Vnde fieri ne-  
quaquam potest, ut errores pernicioſiores,  
horribiliores cæcitates, blasphemieq[ue] ob-  
ſtinatiores futuræ sint, atque hodie orbi  
imminere uidemus. Necesse est igit[ur] di-  
uinam ultionem in opus prorumpere, se-  
culo tam diro indies, quo non tantū inte-  
ſtinis odijs, pernicioſis cōſpirationibus,  
ſeditionibus cruentis, atq[ue] bellis plusquam  
ciuilibus (in quibus etiam Christianus

\* 5 in

## E P I S T O L A

in Christianum , pater in filium , filius in patrem , &c in fratrem frater crudelis suū gladium uibrat ) obruimur , sed uarijs etiam atq; inauditis morbis , omnem medicinam respuētibus , inficiuntur : quibus accedit earum rerum quæ ad uiictum hominis necessariæ sunt , in tanta annorum ueritate , tam dira egestas , ut quām pluri milia diuersis locis sola uiictus penuria moriātur miserè . Vbi uis terrarū uerè religioni , regnis atq; imperijs grauiissima imminent pericula , omnes Respublīcæ minantur ruinam atq; interitum : adeoq; nulla fides pietasq; usquam est , ut homines quasi rabie quadam capti , in propriā perniciem coniurasse uideātur . Sed promeruit has poenas iam dudum impoenitentia nostra , qui sub nominis Christiani prætextu , aspernati omnes diuinæ admonitiones , non Deo , sed mundo & proprijs uoluptatibus seruūimus haec tenus : nec dubiū est , quin grauiora multa in hac mūdi catastrophe sequutura sint , ( ut nihil de æternæ damnationis uindicta dicā ) nisi in tempore sub potenti manu Dei , benignissimi patris , nos humiliates confessione delictorum , uera poenitentia ,

D E D I C A T O R I A.

tia, cōtritione atq; innouatione uitę san-  
ctę, numen nobis iratum placauerimus.

IVLII autem Obsequentis Prodigio  
rum librum , cuius fragmentum tan-  
tum extabat, eo libentius hoc tempore  
edere uolui, ut gentilium prodigia cum  
his quę nostro tempore diuinitus edun-  
tur, conferrentur: & expenderetur dein  
de ex rerum euentu, horrenda illa signa  
semper aliquid imminentium malorum  
hominib; portendisse, quo aliorū tan-  
dem exemplo moniti, cuitandorum peri-  
culorū rationes eo diligentius iniремus.  
Restitui autem libellum quantū fieri po-  
tuit, Titi Livi, Dionysij Halicarnassei,  
Orosij, Eutropij, atq; aliorum quorundā  
probatisserum autorum auxilio, ita  
ut nihil plane deesse videatur: adiiciens  
quinquaginta priorib. capitibus, ea quae  
ab Urbe condita usq; ad L. Scipionis cū  
C. Lælio consulatum, hactenus deside-  
rata sunt. unde & ea ipsa capita (quemad  
modum omnia quae in sequentibus mea  
industria adiecta sunt) asterisco \* nota-  
re placuit. Annos etiam ab Urbe condi-  
ta maioribus literis in margine signare  
uolui, ut in promptu esset, quo tempore

α . 6      prodigia

E P I S T O L A

¶ prodigia uniuscuiusq; capitis siue audi-  
ta, siue uisa essent. Quòd si præterea an-  
nos ante Christi saluatoris aduentum sci-  
re delectat, in eodem margine cifris (ut  
uocant) minoribus à me adnotatos in-  
telliges. Hoc autem quicquid est studij  
mei ac laboris, uir pietate simul ac erudi-  
tione clarissime, tibi dicare ideo uisum  
est; quòd à prima infantia me literarum  
tyronem semper unicè amaueris, atque  
multa humanitatis & benevolentiae offi-  
cia mihi exhibueris: quibus nunc etiam,  
cum patriam (quæ mei studij ac diligen-  
tiæ aliquam partem debito iure sibi uen-  
dicat) frequento, multis nominibus me  
cumulare soles: ut sic meæ etiam in te  
gratitudinis ac obseruantiaz pignus per-  
petuò extaret. Cui si meam operam, quā  
in resarciendo, emendando, atq; restituē-  
do hoc libello impendi, gratā fuisse per-  
spexero, animum addes, ut prodigiorum  
Chronicon, quod à condito mundo usq;  
ad nostra tēpora cōscripsi, maturius ab-  
soluā. Vale: & me, quē a primis unguicu-  
lis sancte amasti, porrò eodē studio am-  
plete. Basileæ, pridie Idus Martij: An-  
no à Christi saluatoris gratioſo ad-

uentu, M, D, LII,

I N D E X R E G V M, C O N S V L V M,  
ac tribunorum Romanorum, sub quib. hæc pro-  
digia uisa sunt. in quo illud admonendus es, non  
secundum praenomina ( quæ ut corrupta sunt, i-  
ta se per numero etiam multis sunt communia ) po-  
sita esse: sed præponi ea nomina, quæ ab usu fre-  
quenter, huic uel illi maxime propria facta sunt.

Titus enim, &c Pub. Sempronij, in Sempro-  
nio querendi sunt, non in T. uel

Pub. &c.

M. Aelius	cap. 97	Appius Claudius Pul-	
P. Aelius Ligus	68	eber	36 (16)
Sex. Aelius Paetus	48	Appius Claudius Ruffus.	
L. Acmylius Paulus.	32.	Attilius Sarratus	84
60		C. Attilius Serranus	101
M. Acmylius	83. 98. 119	M. Attilius Glabrio	54
M. Acmylius Lepidus.	57	M. Attilius Regulus	19
Q. Acmylius Paetus.	70	P. Attilius	102
L. Afranius	123	C. Aurelius Cotta.	46 (111)
P. Africanus	79. 86	L. Aurelius.	89. 94. 96.
Agrippa Menenius	14-	Appius Claudius	87
natus	9		B
Ancus Marcius	4	Gn. Bebius Taphilus.	60
T. Annius Rufus	89	D. Brutus	119
C. Antonius	122		C
M. Antonius.	126. 127.	C. Cecilius	98
128		L. Cecilius	94. 96
Appius Claudius.	20. 27.	Q. Cecilius Metellus.	44
124	(21)	Cn. Cæpio	62
Appius Claudius Crassus.		C. Cæsar	126. 127
		a 7	M. Cæ-

## I N D E X.

M. Cato	122	D
L. Calpurnius	99	Cn. Domitius . 93 . 109.
Q. Calphurnius	85 . 114	
C. Caesius	109	Gn. Domitius Aerobatus
C. Caesius Longinus	91	L. Domitius . 111 (bus. 55)
M. Cato	95	P. Decius Mus. 23
M. Cicero	122	P. Dolabella 128
C. Claudius	64.113	E
C. Claudius Nero	40	T. Ebanius 10
C. Claudius Pulcher	63	Q. Elius 132
M. Claudius	59	F
M. Claudius Marcellus.	M. Fabius 12	
37.39. 50.77	M. Fabius Vibulanus 12	
T. Claudius Nero	45	P. Fabius 132 (63)
Cornelius Manilius. 102	Q. Fabius Max. 13.37. 81.	
Cn. Cornelius Blfius. 29	Q. Fabius Labco 59	
Cn. Cornelius Cethegus.	Q. Fabius Max. Pidior. 25	
49	(108) Q. Fabius Max. Verrucosus	
Cn. Cornelius Lentulus.	C. Farinus. 92 (Jus. 34.18)	
L. Cornelius Lentulus.	C. Flaccus 103	
24. 47	C. Fulvius 86	
L. Cornelius Cinna. 117	M. Fulvius 90	
L. Cornelius Mrrale. 52	Q. Fulvius 61	
M. Corn. Cethegus. 43	Q. Fulvius Flaccus. 36.38	
P. Cornelius Scipio 42	L. Furius 84	
P. Cornelius Scipio Afri	L. Furius Camillus 31	
canis. 51 (ca. 54)	M. Furius Camillus 18	
P. Cornelius Scipio Naso	Sp. Furius Medullinus. 14	
P. Crassus	110 L. Furius Purpureo 50	
M. Curius Dentatus. 24	C. Furnius 131	
	L. Gracchus	

	I	N	D	E	X.
G				Gn. Martius	
L. Genutius	20			Gn. Martius Cincinus -	
Gu. Genutius	19		18		12
T. Gracchus	73			T. Martius	73
H				T. Mælius Torquatus. 12	
M. Herennius	112			C. Marcellus	125
Hircius	129			M. Marcellus	71
C. Hostilius Macrinus. 53				C. Marius	103, 104.
I			105		
L. Iulius Cæsar	115			C. Marius	21.73
M. Iulius	70			Gn. Marius	74
Sex. Iulius	114			L. Marius	114
L. Iunius Brutus	8			Q. Marius Philippus.	
M. Iunius	61		58. 69		
M. Iunius	73			Menenius Agrippa La-	
L				P. Menenius. 19 (natur. 9	
Lelius	79			M. Messala	56
C. Lelius	55. 82. 111			L. Metellus	- 61
L. Lentulus	73			P. Metellus	50
M. Lepidus	67. 126. 130			Q. Metellus	107. 123
P. Licinius	19. 108			L. Minnius Carbetus. 17	
P. Licinius Crassus	41			Q. Minnius Rufus. 49	
C. Licinius	56			Q. Minnius Tibertinus.	
M. Livius Salinator	40			Munnatius Placitus. 130 (51	
T. Lucretius Tricipiti-				P. Marius Scauola	66
nus	17			Q. Marius	63
Q. Lætadius	104			N	
M				C. Naevius Rustillus.	17
Q. Manilius Vitalis.	27			C. Norbanus	118
C. Manilius	61			Numa Pompilius	?
				L. Oœuf	

## I N D / E X.

O	C. Quintius Flaccus.	57
L. Octacilius Crassus.	28	C. Quintius Flamininus.
L. Octacilius	121	C. Quintius Flamininus.
Cn. Octacilius.	72-88. 117.	L. Quintius Flamininus.
L. Optimus.	76. 93 (110)	53 (48)
P	T. Quintius Flamininus.	
C. Panis	129	L. Quintius Galo
Cn. Papirius	98	25
L. P. Regius	125	Q. Quintius Martius
R		
M. Perpetua	87. 113	Rомуlus
L. Petellius	64	P. Rusticus
L. Piso	78	S
P. Plautius	90	M. Scaurus
Q. Pompeius	116	Q. Scrofa
C. Popilius Lenas	68	L. Scipio
M. Popilius Lenas	67	55. 113
C. Portius	97	P. Scipio Nasica
A. Posthum. Albinus.	14	C. Scribonius
A. Posthumius	106	120
L. Posthumius Albinus.	53	P. Sempronius Gracchus.
33. 67		T. Sempronius Gracchus.
P. Posthum. Tuberius.	9	35. 63
Q. Posthumius	76	T. Sempronius longus.
Sp. Posthumius	78 (38)	51
Sp. Posthumius Albinus.		P. Sempronius Sopbus.
Sp. Posthumius Lavinus.	43	26
19		P. Sempronius Tuditanus.
Sp. Posthumius Paulus.	66	100
		Cn. Scrutinius Geminus.
Q	31. 44. 45	
T. Quintius Crispinus.	39	Q. Serullius Hale
		20
		Q. Scr-

I N D E X.

<i>Q. Servilius Priscus</i>	19	<i>L. Ticinius</i>	
<i>Gn. Servilius Cepio</i> . 44.		<i>Tullius Didius</i>	107
69. 101		<i>Tullius Hostilius</i>	8
<i>Seruius Fiaccus</i>	85	V	
<i>Seruius Sulpitius Galba</i> .		<i>C. Valerius</i>	112
46		<i>L. Valerius</i>	109
<i>Seruius Sulpitius Camerinus</i>		<i>L. Valerius Flaccus</i> . 28.	
	16	77	
<i>Seruius Tullius</i>	6	<i>L. Valerius Potitus</i> . 15	
<i>C. Sextilius</i>	91	<i>M. Valerius</i>	13
<i>P. Sulpitius</i>	71	<i>M. Valerius Leminus</i> . 37	
<i>L. Sylla</i>	116	<i>M. Valerius Max.</i>	27
<i>C. Syllanus</i>	131	<i>T. Veturius Geminus</i>	15
T	(nrs. 5)	<i>L. Veturius Philo</i>	41
<i>L. Tarquinius Collatinus</i>		<i>C. Vetustius</i>	10
<i>Tarquinius Priscus</i>	5	<i>P. Villius Tapalus</i>	47
<i>Tarquinius Superbus</i>	7	<i>P. Volonnius Amictinus</i>	
<i>C. Terentius Varro</i>	32	16	

F I N I S.

D D. Petrus de laetate et dilectione,

Leuini Cottmanni Gandaui Car-  
men Sapphicum.

Quis canat dignè fidibus canoris,  
Quae tibi laudes meritò fatentur  
Debitas? Orpheus fuerit peritus

Non satis aptus.

Moxit Amphion lapides canendo,  
Acto- testudo bene cuita Maie  
Parvus puto: Iouis hinc superbit

Filius ipse.

Lesbius quondam potuit Arion  
Bellus blanda prece quo nollebat  
Ducere, ut terra veniens cupit &

Linquet et quor.

Sed leui cantu tibi quis paretur  
Nominis splendor melior per orbem,  
Quam satis scriptis peperisse quinvis

Occinit auris?

Quod prius, magna hic multius libellus  
Parte, nunc totus poterit per ora  
Ducta multorum solitare comptus,

Te duce scriptori

Iure te laudent Zephyrum colentes  
Ultimum, Eos popularis frequentet  
Canticis, ut latius precium rependat

Officiale: at

Mentis interpres Deus ipse, summus  
Sidereum princeps, residentis Olymbo,  
Reddat, hic duplo meliora dignè

Quam exprimat ullus.

Quare

Quare contentus bone cultor artis  
Sedale, ex uite decus omni nostre,  
Grata sint, paro mea scripta que nunc  
Fonit profeta.

L I B E R A D L E C T O R E M,  
per eundem.

Lucis inops, multumq; iacens in puluere corpus,  
Ah, dolui quoties haec mea fata miser!  
Viscera quod tacito sensim perennia morfu,  
Blatta frequens, tinebris associata, necet.  
Nec tamen experiar sub iniquo pondere quassas  
Qui reparat uires, aut mala tanta leuet:  
Tempore que longo tulerim sine teste, peremptus  
Iam fure, dum patiente in mea damnata ruer.  
Donec inopinie mater, Medicina, salutis,  
Augustum rostro tintilla rubore caput:  
Acceleravis uisa est paucis monuisse, dolendi  
Nulla quod in toto corpore causa nubi.  
Quod dicitur licet queritur fuerit languoribus astas  
Ante diu, grata nunc uice natta quies.  
Principiens solito melior patientia, tandem  
Fulciret misericordia membra peresa modis.  
Vix eas sic paucis mihi sene audita, solutum  
Quicquid erat diris moribus, ecce coit.  
Demirans factum, stupeo: totusq; repente  
Respirans, stabili conditione leuor.  
His contenta minis: presenti numine Dusa,  
Viscera cedrino sparsa liquore fuet.  
Quod, cur sic faceret, timido licet interrogarem,  
Paucis refert, ceris me ratione mouens.

Aitq;

Atq; docet blanda ( qualis est Dea ) uoce loquuta,  
Frāta prius que sint, constituenda sibi.  
At ea diuersis fuerant que pertibus olim,  
Arte studet mira composuisse tibi:  
Non ego, sed cultus, doctusq; ~~ignorans~~ illuc,  
Quem iuuat assiduum, dum modo profit, opus.  
Quare age me sequitor, nec sit tibi causa morandi,  
Forma placens membris, si modo iuncta semel.  
Dea deduxit: capio que dicta: recedo  
Pulchrior: hic forme est copia facta meae.  
Si placeo, fruere: et certe si experis nisi  
Me socio, fructum, qui fluet uide, freres.  
Ne ne petas, qui sim, reparatis uitribus, hospites,  
Sordidus angusto qui lare septus eram:  
Curq; nitor toto succreuit corpore tanus,  
Aut maneat cur non, qui fuit ante, color.  
Si habet, accipies arrectis auribus, aequa  
Mente ferens, facilis dum tibi causa datur:  
Cur melior nostris successit copia rebus,  
Anctisq; sit geminae commoditate salus.  
Harum prima fluit dininis fontibus orta,  
Vnde uenit quicquid Iuppiter axe tegit.  
Dum tamen interea meliora ~~ignorans~~ arte  
Preditus, humane sit mibi questor opus.  
Altero cui merito fuerit mibi denda, priori  
Non minor, impensis quod docet ipse labor.

F I N I S.

I V L I I O B S E Q V E N  
T I S P R O D I G I O R V M L I B E L  
l u s , ~~ad hanc~~ ~~tempore~~ ~~ad hanc~~ ~~tempore~~

*Si jūcē integratā Historiarō benefici  
cio restitutus.*

R O M V L O R E G N A N T E . \*

**I**rens cōditorq; urbis Ro ANNO  
mulus , cum iam Fidena C O N .  
oppidum cepisset, coloni- amq; Romanorum fecis- X I I I .  
set, guttæ sanguinis ē cōlō Ante mānū  
magna omniū admiratione ceciderunt. Christum,

717.



A Statim

Statim pestis urbem inuasit, quaë ho-  
minibus absq; ulla egrotatione mortem  
inferret subitam: sterilitas quoq; agrorum  
& frumentorum omnium, præcipue ta-  
men annoñ summa inopis sequuta est.  
in quæ mala posteaquam Laurentes in-  
cidissent, omnino uisum est, Tatij & le-  
gatorum cæde uiolato iure gentium, ut  
tricq; ciuitati iram numinis expiandant  
esse. Quare deditis cædis autoribus, &  
ab utrisq; supplicio affectis, ab ijs malis  
manifeste se receperunt. Romulus expi-  
ationibus ciuitates expurgauit, quas lō-  
go deinceps tempore ad portam Feren-  
tinam obseruatas, memorie traditū est.

**Lxxv** Verùm editis iam immortalibus operi-  
bus, cum ad Capream paludem concio-  
nē ad milites haberet, subita coorta tem-  
pestas cū magno fragore, tonitribusq;,   
tam denso regem operuit nimbo, ut con-  
spectū eius concioni abstulerit, nec dein  
ceps unquam in terris apparuerit. Ro-  
mani autem milites à Julio Proculo edo-  
cti, ad Deos regem raptum esse, di-  
uinos statim illi honores ex-  
hibuerunt.


# De Prodigis.

N V M A P O M P I L I O R E-  
gnante. 1.

3

\*  
XXXXX  
VI. 705

**A**nnum iam octauum regnante Num-  
ma, morbus pestifer Italiam occu-  
pans, Romam quoq; invasit: moerenti-  
bus uero cunctis, peltam æneam è cælo  
in Numæ manus decidisse, memorie  
proditum est: quæ in urbis salutem à su-  
peris missa credebatur. ad cuius figuram  
cum Numæ instinctu undecim à Vetus-  
rio Mamurio insigni artifice fabricatæ  
essent, Salij Martis sacerdotes ad earum  
custodiam à rege instituti sunt.



A z TVL-

T V L L O H O S T I L I O R E -

gnante. 3.

\* In monte Albano lapidibus pluit.  
 CIX. quod cū credi uix posset, missis ad id ui-  
 s 642. sendum prodigium, in conspectu haud  
 aliter, quam cum grandinem uenti glo-  
 meratam in terras agunt, crebri cecide-  
 re de cœlo lapides. Vox ex summi cacu-  
 minis luco audita est, quæ monebat, ut  
 patrio ritu sacra Albani facerent. Nouē-  
 diale igitur sacrum publicè suscepitū est,  
 & solenne mansit, ut quād o cunq; idem  
 prodigium nūciaretur, feriae per nouem  
 dies agerentur. Haud ita multo pōst gra-  
 ui pestilentia laboratum est. Hostilius  
 dum Numam sacrificij s imitatur, Iouili-  
 tare non potuit, sed fulmine iictus, cum  
 regia conflagravit.

A N C O M A R T I O R E G N A N T E . 4.

\* **L**ucumo Græci Demarathi filius, ac  
 CXXVI. Larutis frater, generosus adolescēs,  
 625. cum parente apud Tarquinios defun-  
 ctio, diuenditis bonis omnibus Romam  
 migraret, Ianiculo q; iam appropinqua-  
 ret, in carpento cum uxore sedenti, aqui-  
 la è sublimi dimissa, pileum sustulit: atq;  
 mox super carpentum cum magno clan-  
 gore uolitans, rufus uelut ministerio di-  
 uinitus

uinitus missa, capiti apte reposuit, quo uiso, Tanaquil auguriorū perita, eo prodigio regnum ei portendi intellexit. Pecunia igitur & industria dignitatem, atque etiam Anci regis familiaritatem cōsecutus, atq; ab eodem tutor liberis relictus, dum Tarquinij Prisci nomen sibi uendicaret, post Anci mortem regnum intercepit, atque ita administrauit, quasi iure adeptus fuisset.

**TARQVINIO PRISCO RE-**  
gnante. 5.

**F**Inito bello Sabino, cum Tarquinius \* Priscus in monte Tarpeio ædem I<sup>o</sup> CL VI. uis, quam in eodem bello uouerat, ædificare uellet, & iam exaugurare fana facellaq; alia iuberet, ut libera à ceteris religionibus area esset, iamq; omnium facellorum exaugurationes admitterent aues, in Termini tantū fano nequaquam addixere. quod prodigium, firma, stabiliacq; cuncta portendere Romanis uisum est. Secutū est & aliud prodigium, magnitudinem imperij portendens. Nam posteaquam futuri ædificij fundamenta aperiret, caput hominis integra facie, recenti tamē tabo et sanguine aspersum,

A ; in

in imo repertum est. Cuius prodigiij gratia aruspices interrogati, responderunt, hunc locum non imperij tantum Romani, sed totius etiam mundi caput fore.

S E R V I O T V L L I O R E-  
gnante. 6.

**C**LXXX. **B**Os in Sabinis, Androno Coratio  
**XIX.** **B**Latino, miranda magnitudine ac spe-  
cie nata est: cuius gratia cum Aruspices  
interrogarentur, responsum est, eum po-



pulum sunimam imperij habiturū, qui  
prius bouem illam immolasset. Latinus  
igitur

## *De Prodigis.*

igitur bouem in Auentinum egit, & cau-  
sam sacerdoti Romano exposuit. Ille ue-  
rò astutus, dixit prius eum uiuo flumine  
manus purgare debere. at Latinus dum  
ad Tyberis profluēta descendit, Roma-  
nus illo abiente bouē immolauit: & sic  
imperium ciuib⁹, sibi uero gloriā fa-  
cto consilioq⁹ vindicauit.

TARQVINIO SUPERBO RE-  
guante. 7.

**T**Arquinius cum iam Signiam, Cir-  
ceiosq⁹ colonos misisset, præsidia ur-  
bi terra mariq⁹ futura, prodigium horri-  
bile uisum est. Anguis enim ex colum-  
na lignea elapsus, non tantum terrorē  
fugamq⁹ in regia fecit, sed ipsius etiam  
regis animū subito pauore percultit, an-  
xij sc̄q⁹ curis uniuersos impleuit. aquilæ  
etiam quæ regiæ incumbebant, nidum  
fecerunt, in quo pulli subito uulturū in-  
cursu discerpti sunt: quod mali imminē-  
tis prodigium esse putabant. Mox cum  
Rutulis bellatum, Ardea obsessa: et post  
nefandum Tarquinij cum Lucretia faci-  
nus, reges sunt exacti. Tarquinius au-  
tem dum Gabios, tanquam in regnum  
suum proficeretur, canis & serpens e-

CCXXX  
XII Ls⁹

CCXXX  
XIII.  
507.

A + tuam

*Iul. Obsequens*

tiam uerbis expressis sunt locutæ.

L. IVNIO BRVTO, L. TAR-  
quinio Collatino, Coß. 8.

\* CCLV. **S**ilentio noctis, ex sylva Arsia, ingens  
soe. Suox audita est, quæ Sylvani credita  
est fuisse. proclamauit autem, in acie Ro-  
manorū contra Veientes, uno plus He-  
corum cecidisse, & uicisse bello Ro-  
manum.

P. POSTHUMIO TVBERTO IL  
Agrippa Menenio Lancto, Coß. 9.

\* CCLL **H**astæ militares ad multam noctem  
500. in coelo ardentes uisæ. Sequuta est  
tertia Sabinorum in Romanorū agros  
irruptio, qua Posthumius cōsul magnā  
cepit ex sua indiligētia cladem: quam  
eius collega nīsi mox uindicasset, male  
de repub. Romana actū esset. Duæ Ro-  
manorum coloniæ, Pometia et Cora, ad  
Aruncos defecerunt, & contra Arun-  
cos bellatum.

T. EBVTIO, C. VETVSI O,  
Coß. 10.

\* CCLV. **A**Vlus Posthumius dictator, cum  
496. contra Latinos, qui in Romanos  
conjurauerant, ad lacum Regillum pu-  
gnaret, ac uictoria tam nutaret, duo iu-  
uenes

## *De Prodigis*

uenes candidis equis insigni uirtute ap-  
paruerunt, pro Romanorum salute for-  
tissimè dimicantes: quos dictator post ui-  
ctoriam quæsitos, ut dignis muneribus  
honoraret, nō inuenit, Castorem & Pol-  
lucem ratus.

M. FABIO VIBVLANO, L. VA-  
LERIO Potito, Coſſ. II.


**Q**VOTIDIE COELESTIA PRODIGIA IN URBE  
& agris uisa sunt, minas ostentan-  
tia. mox Oppia uirgo Vestalis, quam ta-  
men alij Popiniam, alij Popiliam uocat,  
incesti damnata, poenas dedit. Anno C CLXX  
sequentि, non sēgnior discordia domi, et II. 47  
bellum foris atrocius fuit: ab Aequis ar-  
ma sumpta, & Veientes in agros Roma-  
norū incurſiones fecerunt.

\* CCLXXI  
463.

M. FABIO II. CN. M A N L I O  
Cincinato, Coſſ. II.

**I**N bello contra Veientes, Manlij præ \*  
torium de coelo tactum, laceratum ful C CLXX  
mine tentoriū, cuersus focus, arma foe. III. 477.  
data, ambusta, ac in totum contrita: occi-  
sus eximius equus, quo in prælijs uti cō-  
sueverat. Interrogati igitur interpretes  
prodigiorum, responderunt, significare  
castrorum oppugnationem, & clarissi-

A morum



morum uirorū interitum. Cum Hetru-  
scis cruento prælio pugnatum. Q. Fabi-  
us, Marci frater, bis consul, & tunc lega-  
tus, lancea per pectus iectus interiit. Mā-  
lius consul in clade occubuit, & uallum  
Romanorum captum est.

**Q. S. E. R. V. I. L. I. O. P. R. I. S. C. O. II.**

Sp. Posthumio Launio Regi-

lensi, Coß. 19.

**C**CLXX. \* XVIII. 443. **C**oelum ardere uisum, et annus tam  
hominibus quam pecori longe fu-  
it pestilentissimus. Aequi Antiatum su-  
scipientes exules, cōtra foedera cum Ro-  
manis



manis facta, excusione*s* in Latinorum  
agros fecerunt. contra quos anno sequ*t* C. LXX.  
ti missus Q. Fabius Vibulanus, qui pri-  
us pacem cum ijs fecerat, strenue pugna-  
uit. Verum cum se ad Volscos attraxis-  
sent, & fides Antiatium laboraret, cum  
ingeni exercitu iterum in Romanorum  
agros populandi gratia ingressi, à Post-  
humio uicti atq*e* fugati sunt.

XIX.  
461.

A. POSTHUMIO ALBINO REGIL.  
lensi, Sp. Fatio Medullino Fasco, Cos. 14. CCXC.  
COelum iterum ardere uisum plurimo 261.  
igni,

igni, portentisq; alia aut obscurata oculis, aut uanas exterritis ostentauere species. quibus auertendis terroribus, in triduum feriae indictæ: per quos omnia delubra, pacem Deum exposcentium viro rum, mulierumq; turba implebatur. Bellum gestum est cum Aequis, contra quos quis primum parum foeliciter, Post humius uero prosperè pugnauit. Antiatates milites propterea auxilium, cum ignominia sunt dimissi. Anno uero sequenti, pestis crudelissima Romæ grafata est.



T. LV.

*De Prodigis.*

12

T. LVCRETIO TRICIPITI-  
no, T. Veturio Gemino, Cos. 15.

**I**Terum coelum ardere uisum, & bos \*  
locuta. Aequi omisis Latinis, Herni- CCXCI.  
cisq[ue], properato itinere Romam prope- 460.  
rarunt, ut obiuuētutis absentiam urbem  
caperet, qui tamē à Lucretio mox cīrcū  
uenti, ac magna strage fugati sunt. Sol  
scorū agri à Veturio uastati sunt, quorū  
etiam nōmen ferè eo anno deletum est.

P. VOLVMNIO AMENTINO,

**T**Serlio Sulpitio Camerino, Cos. 16.  
Erra ingenti motu concussa, bos lo \*

CCXCI.


461.



cuta

*Iul. Obsequens*

cuta, &c cœlum iterum ardere uisum, cui  
rei priore anno fides non fuerat data. ua-  
riæ spectrorum facies, horrendæq; uo-  
ces oculis & auribus hominū obuerſatæ  
sunt. Carne pluit, quæ niuis inſtar è coe-  
lo, fructis maioribus et minoribus demis-  
ſa, ab omni genere avium interuolantū  
anxipta, priusquam terram attingeret: re-  
liquum uero quod intercidit, in urbe a-  
gnisq; ſparſum iacuit multo tēpore, nec  
colore mutato, nec odore, cōtra morem



ueteralcentum carnium. Id uates indi-  
genæ interpretari non potuerunt. Libri  
autem

autem Sibyllini monuerunt, cauendum ab externo hoste, & ciuium seditionibus. Hoc autem anno Icx Terentilla maximo conatu, de Decemviris creandis tentata est, maximaeque subortae inter patricios & plebeios dissensiones. Proximo autem anno exiles Romani ac serui numero 4000. duce Appio Herdonio Sabino, Capitolium occuparunt, unde non absq[ue] magna ciuiu strage sunt expulsi.

L. MINUTIO CARBETO, C.

Natio Rutlio, Coss. 17.

**L**VPI in Capitolio uissi, qui à canibus fugati sunt. cuius prodigijs causa totum Capitolium est iuistratum. Aे qui, quibus superiore anno pax data erat, fracto foedere, duce Graccho Chœlio Latinum agrum ac Tusculanū populi, in Algidō castra locarunt: contra quos L. Minutius profectus, infeliciter in castris obseffus, ac demum à Quintio Cincinato liberatus est. Aequi uicti, ac sub iugum missi sunt.

**L. VAL. POTTIO, M. VALERIO,** CCCLVII  
M. Fario Camillo, etc. trib. mil. Con. Pot. 18. 597.

**L**Acus in Albano nemore sine ullis coelestibus aquis, causa ue alia, que rem

rem miraculo eximeret, in altitudinem  
insolitam crevit. Cum autem ab oraculo  
sciscitaretur, quid ea res portenderet, re-  
sponsum est, ut aquam eius lacus emis-  
sam per agros diffunderent. sic enim Ve-  
ios, quos acri ac diutino bello uexabat,  
in potestatem populi Romani uerturos.  
Quod dubi factum est, hostium urbe poti-  
ti sunt. Tarquinie les noui hostes exor-  
ti, Romanorum agros, quos multis si-  
mul bellis, Volscorum ad Anxur, Ae-  
quorum ad Lauicos, &c ad hoc Veienti  
quoq; Valisco, Capenatiq; bello occu-  
patos uidebant, depopulabatur: contra  
quos tamen Aulus Posthumius & L. Lu-  
lius uoluntariorum manu prosecti, tur-  
piter fugarunt.

P. LICINIO, L. TICINIO, P. ME-  
nenio, Cr. Genatio, Tribb. Mal. 19.

\* CCCLIX. **V**EISSIAM post longam obsidionem  
expugnatis, cum Romanimilites  
393. in urbis direptione, Deorum etiam sta-  
tuas Romam transferre conarentur, ac  
quidam, seu spiritu diuino tactus, seu  
iuuenili ioco, ad statuam Iunonis dice-  
ret, Vis'ne Romam ire Iuno? postea-  
quam capite annuisset, se libenter ituram,  
magna

magna omnium admiratione respōdit.  
Vnde Romam in Aventinum aeternam  
sedem suam ducta est, quō uota dictato-  
ris uocauerant, templumq; ei à Camillo  
dedicatum est.

Q. SERVILIO HALA, L. GENY.

to II. Coſſ. 20.

**R**oxæ in medio foro, siue motuter-  
ræ, siue qua uia alia, terra specu ualtil-  
fimo collapsa est, quam terræ uoraginem  
nemo neq; terræ coniectu, neq; uilla qua  
uis alia materia explere potuit. Inficie-  
bantur autē ex editis inde uaporibus pe-  
stilentissimis, multorum hominum cor-  
pora: quæ cum remedia omnia respue-  
rent, rebus iam desperatis, Deorū mo-  
ritu, Marci Curtij strenui demum equis  
tis animoso facinore liberati sunt. Po-  
stea quam enim se pro salute patriæ in spe  
cum armatus præcipitasset, pestis statim  
post multorum funera sedata est.

L. FVRIO CAMILLO, AP-  
picio Claudio Crasso, Coſſ. 21.

**T**Neo bello quod Romani, duce Ca-  
millo, contra Gallos gesserunt, Vale-  
rio tribuno milittum aduersus Gallū pro-  
uocatorem pugnanti, coruus galeæ infe-  
dit:

B dit:

dit: qui non tatum sedem semel captam  
tenuit, sed quotiescumq; certamen ini-  
tum est, leuans se alis, os oculosq; ho-  
stis rostro & unguibus appetit, donec  
territum prodigio Gallū, ac oculis simul  
et mente turbatū Valerius obtruncasset.

C. M A R T I O III. T. M A N L I O

Torquato 11. Coſ. 22.

**CCCCXI** Vm lunoni Monetæ in eo urbis lo-  
co, ubi Manlij domus fuit, ædes de-  
dicaretur, prodigium exemplò dedica-  
tionem secutum, simile uetus montis  
Albani prodigio. lapidibus enim pluit,  
& nox interdiu uisa est intendi. Feriae  
præinde sunt indictæ, nec tantum à Ro-  
manis tribub. supplicatū, sed à finitimi-  
ctiā populis. Iudicia eo anno populi in  
foeneratores facta, quibus est ab ædili-  
**CCCCX** bus dicta dies. Proximo uero anno bel-  
11. 34<sup>o</sup>. lum cum Samnitibus ortum est, gente  
tum opibus & armis validissima: quod  
bellum mox aliud cum Pyrrho rege, &  
cum Poenis grauissimum peperit.

Q. F A B I O M A X I M O R V T I-  
lano V.P. Decio Mart III.

**CCCCLV** III. 294. **T** Erra de coelo pluit, & in exercitu  
Coſ. 23.  
Appij

Appi⁹ Claudij pleriq⁹ fulminib⁹. iči sunt.  
In festis eo anno armis cum Samnitibus  
pugnatum est. Pestis mirum in modum  
per totam Italiā, &c in urbe potissimū,  
grassata est. Galli à Fabio uicti, ac in fu-  
gam uersi sunt. Fuluius in Hetruria fœli-  
citer contra Thuscos pugnauit.

M. C V R I O D E N T A T O 116

L. Cornelio Lentulo, Cosf. 24.

Inter alia prodigia, fulmine est etiam  
deiectum Iouis in Capitolio signum,  
cuius caput per aruspices inuentum est. \*  
cccclx  
xviii.  
2744



B. 2 Pyrrhus

Pyrrhus contra Romanos bellum suscepit, qui à Curio uictus, & Tarentum fucatus est. Mox Tarētini iterū noua aduersus Romanos arma mouerunt, Cartaginēsium auxilia per legatos poscentes: quos tamen iterū uicerunt Romani.

Q. F A B I O M A X I M O P I-  
\* Etore, L. Quintio Gidone, Coſt. 25.

CCCCL  
XXXII  
II. 268.

**O**bsecna prodigia, & dīta Romæ quisā sunt. quædes enim Salutis iētu fulminis dissoluta, pars muri sub eodem loco de cœlo tacta. lupi tres ante lucem ingressi urbē, semesum cadauer intulerunt: sparsumq; membratim in foro, ip̄si strepitu hominum exterriti, reliquerunt. Apud Formias multis iētibus fulminum incēnia undiq; ambusta, et dissoluta sunt: apud agrum Calenum repente flamma, scissō hiatu terre eructa, tribus diebus et tribus noctibus exæstuans, quinq; agri iugera, exhausto penitus succo hubertatis, in cinerem extorruit, ita ut non fruges solum, sed etiam arbores cum imis stipitibus absumpergit. Hoc anno Picentes noui hostes facti, Romana insearma exciuerē.

P. S E M.



P. SEMPRONIO S O P H O, AP.  
pro Claudio Rufe, Coß. 26. \*

**S**Empronius consul cum aduersus Pi  
centes exercitum duxisset, & iam di  
recte intra factum telli utraq; acies consi  
stet, repente cum horrendo fragore ter  
ra ita contremuit, ut stupore miraculi u  
truncq; pauefactum agmen hebesceret.  
uerum mox in certamen progressi, bel  
lum adeò atrox fuit, ut merito dicatur hu  
manum tantorum hominum sanguinē  
suscepturam, etiam cum gemitu horriso

CCCCLX  
XXV.  
267.

B : no

*Iul. Obsequens*

no tunc terram tremuisse: in quo tamen  
prælio Romani, quorum pauci euase-  
rant, uiicerunt.

M. VALERIO MAXIMO, Q.

Mamilio Vitale, Coſſ. 27.

\*  
cccclx  
xxviii.  
64.

**I**ntra, & lac de coelo manare uisum est. nam  
& plurimis locis scaturiens è fontibus  
cruor fluxit, & de nubibus guttatum in  
speciem pluiae lacte demissò, diri terrā  
imbres irrigauerunt. Eo tempore Car-  
thaginenses, dato aduersum Romanos  
auxilio Tarentinis, cum à Senatu per le-  
gatos arguerentur, turpissimā rupti fo-  
ederis labem præsumptam, accumulaue-  
re periurio. Secutum est quoq; libertino-  
rum Volsciensiū aduersus dominos con-  
spirantium, nefandum scelus, qui tamen  
mox duce Fabio Gurgite poenas dede-  
gunt. Pestilentia etiam crudelissima hoc  
anno urbem invasit.

L. VALERIO FLACCO, L. O-

Ezacilio Crasso, Coſſ. 28.

\*  
ccccxc  
ii. 260.

**R**omæ columna ante Iouis ædem,  
qui turbinis est decussa, cum aureo si-  
gno. Quo uiso, ex aruspicum responso  
omnes

omnes magistratus se primo quoque die autoritate abdicarunt. Eo anno exercitus Romanorum ingens in Siciliam missus, multos ad defectionem compulit. Vastata est interea & Italiz ora ab altera Carthaginensium classe, cum interim Africa ab omni hostili iniuria immunita esset.

**M. ATTILIO REGVLO SERA-**

no 11. Ca. Cornelio Blejó, Coß. 29.

\*

**S**erpens in Africa portentosae magni CCCCXEC studiis apparuit, quem Attilius Regulus, cum maxima militum dade diffiditer catapultis & balistis, ueluti mollem quandam expugnauit: qui cum aliquoties iam aduersus Carthaginenses prgnasset, eo anno ab hostibus captus est. Huius autem serpentis exuiae centum uiginti pedum longitudine fuisse feruntur, & eius maxillae usque ad Numantinum bellum in publico pependisse dicuntur.

**C. QVINTIO FLAMINIO, P.**

Fario Philone, Coß. 30.

\*

**I**N Piceno flumen sanguine effluxit, a- DXXXI pud Thuscos cœlū ardere uisum. Ari III.

B 4 mini

mini nocte multa lux clara effulgit, tres  
lung distantib. cœli regionibus exortæ.



Magno terræmotu Caria & Rhodus in  
sulz adeò cōcussæ sunt, ut labētib. uulgò  
techis, ingens quoq; colossus coruerit.

D XXX X Eodē anno Flaminius aduersus Gallos  
II. 229<sup>a</sup> conflixit, & uicit. Anno uero proximo

Claudius Marcellus iterū profligauit. ca  
pto Viridomaro rege: & inter multa In  
subrium, quos ad ditionē coegerat op  
pida, Mediolanum quoque urbem florē  
tiſſimam cœpit.

G N. S B R.

G N . S E R V I L I O G E M I N O .

C. Quintio Flaminio II. Coſt. 31.

\*

D X X X

VII. 215.


**R** Omæ in foro Olitorio infans seme, stris triumphum exclamauit. in foro Boario bos in tertiam cōtignationem sua sponte ascendit, atq; inde habitatorū tumultu territus, sese deiecit. nauis spe- cies in cœlo uisæ. Spei templum in foro.



olitorio fulmine iustum, Lanuuij hasta se commouit. corus in ædem Iunonis deuolauit, atq; in ipso puluinario conse dit. In agro Amiternino multis locis ho-

B r minum

mimum species procul candida ueste ui-  
se. In Piceno lapidibus pluit, in Sardinia  
in muro circum eunti uigilias equiti, sci-  
pio quem manu tenebat, & in Sicilia ali-  
quot militibus spicula arserunt, litora cre-  
bris fulserunt ignibus: milites fulminib.  
icti, solis circulus minui uisus est. Præne-



ste ardentes lampades de cœlo cecide-  
runt. Arpis parma in cœlo, luna cū sole  
certare, & interdiu etiam duæ lunæ uisit.  
Cærete aquæ sanguine mixta fluxerunt,  
fons Herculis sparsis hinc inde maculis  
cruentis

cruentis manauit. Ancij metentibus cru-  
entæ in corbem spicæ ceciderunt. Fal-



rijs cœlum findi uisum, sortes sua sponte  
attenuatæ. Mauors telum suum quassa-  
uit, signum Martis in Appia uia ad simu-  
lachra luporum sudauit. Caput cœlum  
ardere uisum, n autum species in cœlo ui-  
sa. Spei templum de cœlo tactum, terra  
horrendo motu concussum est, capræ lana  
tæ quibusdam factæ: gallina in matre, gal-  
lus uero in gallinæ uersus. Eodem anno  
Hannibal Hetruriam inuasit, Romani ad  
Thrasimenū lacū cruento prelio uicti sunt.

C. T. E.



C. TERENTIO VARRONE, L.

\* Aemylio Paulio II. Coß. 32.

DXXX  
VIII. 214.

**I**N Auentino Romæ, & Atticis, simul  
lapidibus pluit, & multo cruento. ex fri-  
gidissimo fonte calidæ aquæ manarunt.  
in via Fornicata, quæ ad templum erat,  
homines aliquot de cœlo tacti, atq[ue] ex-  
animati. Secutæ est memorabilis illa cla-  
des ad Cannas, Apulicæ uicū, in qua Pau-  
lus Aemilius occisus est, & quadraginta  
milia peditum, cum duobus millibus e-  
quitum, & septingentis : & plusquam tria  
Roma.


Romanorum millia capta. & Hannibal  
Campaniam occupauit.

L. POSTHUMIO ALBINO

III. P. Sempronio Graccho,

Cos. 33. \*

**M**Are arsit, ad Sinuessam bos equu- D XXX  
leum peperit. signa Lanuuij Iu. IX. m.



nonis Sospitæ crux manuere, lapidis-  
bus circa id templū pluit: ob quē imbrē,  
nouendiale sacrum fuit, cæteraq; prodi-  
gia cum cura expiata. Eo anno in Gallijs  
Posthu-

Posthumius cum omni exercitu deletus est. bellum Macedonicum inchoatum, res in Hispania fœliciter à Romanis gestæ. in Italia Cāpani cæsi ad Cumas, Poenæ in Lucania fusi ac fugati, cædes Poenorū quoq; ad Nolam facta est. Sardi à Manlio cæsi.

Q. FABIUS MAXIMO VER-  
BACO IIII. M. Claudio Marcello


III. Coſ. 34.

D XL.

<sup>212.</sup>

**L**Anuuīj in æde lunonis Sospita, cor uis nidum fecerunt. in Apulia palma uitidis arsit. Mantuae stagnum effusum Mincio atnni, cruentum uisum. Callibus creta, & Romæ in foro Boario sanguine pluit. in uico Istrico fons sub terra, tanta ui aquarum fluxit, ut setias doliaq; quæ in eo loco erant, prouolutæ, uelut impetus torrentis tulerit. Taeta de cœlo, atrium publicū in Capitolio, templum in campo Vulcani : nux in Sabini, publicaq; uia : murus ac porta Gabijs. Hasta Martis Prænestine sua sponte mota: bos in Sicilia locutus: infans in utero matris in Marrucinis lo triumphe clamauit, ex muliere Spoleti uir sanctus. Hadriæ ara in cœlo, speciesq; hominum circa eam cädida ueste uisæ, quin & Ro-

mat



mæ quoq; in ipsa urbe secundum apum  
examen in foro uifum. legiones armatæ  
in Ianiculo uisæ etiam, quæ tamen mox  
cum ad arma cōcursum est, euanuerunt.  
Eodem anno Hannibal, magna militū  
copia ad Nolā profectus est: à cuius ex-  
pugnatione à Marcello prohibitus, ma-  
gnam suorum stragem uidit, & ex Cam-  
pania fugatus est. Cassilinum oppidum  
captum, Fabius Samnum depopulatus  
est, & multa op̄pida ui capi. Syracusæ  
obiessæ: contra Philippum bellum susce-  
ptum, qui ad Apolloniām castris exur-  
tus

tus est. res in Hispania prosperè à Scipio  
nibus gestæ, & Sagutum recuperatum.

Q. FABIO MAXIMO, T. SEM-  
pronio Graccho II. Coß. 35.

D X L I.

\*\*\*.

**M**ædes de cœlo icta fulmine : nauium  
longarum species in flumine Tarracine,  
quæ tamen nullæ erant, uisq. in Iouis Vi-  
cillini tēplo, quod in Cossano agro est,  
arma concrepuerunt, & flumen Amiter-  
ni cruentum fluxit. Siphax Numidarū  
rex contra Masinissam regem pro Car-  
thaginensib. pugnans, uictus est. In Bru-  
tijs ex duodecim populis, qui anno prio  
re ad Poenos descivuerant, Consentini &  
Thurini, in fidem populi Romani redie-  
runt. Sempronius consul, in Lucanis ali-  
quot oppida expugnauit. Is cum in Lu-  
canis sacrificasset, angues duo ex occul-  
to prolapsi, repente hostiæ, quam immo-  
lauerat, a deso iocinore, in eisdē latebras  
se retulerūt. ob id deinde factum instau-  
rato sacrificio, idem prodigijs euenit. ter-  
tia quoq. cæsa uictima, diligentiusq. af-  
seruatis extis, neq; allapsus serpentū ar-  
ceri, neque fuga impediri potuit. quod  
quamuis

quamvis Aruspices ad salutem imperatoris pertinere dixissent, Gracchus tamē uitare non potuit, quin Flauj Lucani hospitis sui insidijs seductus, inermis à Poenorum militibus occideretur.

APP 10 CLAVD 10 PVLCR O,

Q Fulvo Flacco III. Coſs. 36.

\*

**T**Empestates foedę coortę, in Alba. D X L I I .

**T**no monte biduum continenter lapidibus pluit. tacta de cœlo multa, duæ in Capitolio ædes, uallum in castris, multisq; locis supra Sueſſulam, & duo uigiles exanimati: murus, turreſq; & quædā alia, Cumis fulminibus icta, & penitus decussa. Reate faxum ingens uolitare uifum: ſol rubore ſolito magis, ſanguineo que colore ſimilis apparuit. Hānibal proditione Tarentum cepit, excepta arce. Samniorū agri à Romanis depopulati ſunt. Romani bis cruentas clades accepérunt ab Hannibale. Capua à Romanis obſeffa, & capta. Publius & Gneus Scipiones in Hispania ab hoſtibus circū uēti, & occisi ſunt. L. Martius eques Romanus cum in Hispania militaret, oratio nemq; ad milites haberet, ſoclicis euentus flamma concionati à capite, ſine ip-

C ſius

sius sensu, cum magno circumstantium  
pauore, fusā est: cuius aspectū milites pri-  
stīnam recuperare fortitudinem admoni-  
tati, septem & triginta hostium millibus  
cresis, magnoq; numero in potestatē re-  
dacto, bina castra, Punicis opibus refer-  
ta, cæperunt. Hispania aliquandiu quie-  
ta reddita. Marcellus captis Syracusis,  
magna cum gloria Romā reuersus est.

M. VALEARIO LB VINO II. M.

\* Claudio Marcelllo IIII. Coſſ. 37.

**DXLIII.** **204.** **I**n aede Concordię Victoria quę in cul-  
mine erat, fulmine ſcīta, decuſſaçō ad  
Victoriaſ quę in aede fixę erāt, hæſit, né-  
que inde procidit. Anagnię & Fregellis  
murus portęq; urbis de cœlo tactę. in fo-  
ro Sudertano ſanguinis riui per totū diē  
fluxere. Ereti lapidib. pluit, Reate mula  
peperit. Eodē anno incendiū pernicio-  
ſum Romæ, Campanorū malicia ortū.  
Marcellus in Cāpania Salapiā recupera-  
vit. Romana classis ad Sacriportū infeli-  
citer pugnauit. Scipio in Hispania nouā  
Carthaginē expugnauit. Marcellus Hā-  
nibalis exercitū fudit, & magna pars Si-  
ciliæ capta est. Tusculi agnus cū uberela-  
ctati natus: Iouis qđis culmen fulmine ſu-  
ctum,

Cum, ac propè omni tecto nudatū, ijsdē  
fermē dieb . Anagniæ terra ante portā i-  
sta, diē noctēcō sine ullo ignis alimento  
arsit. aues ad cōpitum Anagninū in luco  
Dianæ n̄dos in arborib . reliquerūt. Tar-  
racinę in mari haud p̄cul portu, angues  
miræ magnitudinis, lascivientiū p̄scū  
mōre exultarunt. Tarquinij porcus cū  
ore humano genitus. in agro Capenate,



ad lucum Feroniæ, quatuor signa sanguine  
multo diem ac noctē sudarunt. Mox  
Valerius Messala agrum Vticensem de-

C a popu

populatus est, & lex post longas conten-  
tiones de reficiendis Consulibus lata est.

**Q. FABIO MAXIMO VERRUCOSO**  
**v. Q. Fulvio Flacco IIII. Coß. 38.**

DXLV.

207.

**I**N Albano monte tacta de cœlo sunt,  
Signum Iouis, arborē templo propin-  
qua, Hostiæ lacus, Ca-  
puæ murus, Fortunæ  
ædes, et Sinueffæ mu-  
rus cum porta. Alba-  
na aqua crux fluxit.  
Romæ intra cellam  
ædis Fortis Fortunæ  
de capite signū, quod  
in corona erat, in ma-  
nus sponte sua prola-  
psum. Priuerni bos lo-  
cutus, vultur frequen-  
ti foro in tabernā de-  
uclauit. Sinueffæ na-  
tus infans, ambiguo  
inter marem ac foemina-  
nam sexu. Lacte plu-  
st. puer cū elephati capite natus. Marcel-  
lus cum Hannibale congressus, primò  
infoeliciter, dehinc secunda pugna dimi-  
cauit, hostemq; in fugā uertit. Fabius Ta-  
rentum



*De Prodigis.* 37

rentum recuperauit. Scipio in Hispania  
res prosperè gesit.

M. CLAUDIO MARCELLO V.

T. Quintio Crispino, Cos. 39.

\*

**C**Apuae duæ ædes, Fortunæ scilicet D<sup>o</sup>X<sup>o</sup>LVI.  
& Martis, sepulchraç aliquot de  
coelo taæta. mures in æde Iouis aurif rose  
runt. Cassini examen apum ingens in  
foro confudit. Hostiæ murus, portaç de  
coelo icta. Cæræ uultur in æde Iouis uo  
lavit. Vulfinijs sanguine lacus manavit.  
Pestilëtia grauis incidit urbem, agrosç,  
quæ tamen magis in longos morbos ç  
in perniciiales euasit. Marcellus cum stu  
dio niteretur, ut Poenorum exercitum  
aut in Italia prostermeret, aut Italia pelle  
ret, in solenni sacrificio, quo uoluntates  
Deorum explorare cupiebat, in prima  
hostia quæ ante foculum decidit, iecut  
sine capite inuentum est: proxima, loci  
noris duplex caput habuit, quibus inspe  
ctis, Aruspex nō placere sibi exta respō  
dit: quoniam prima truncâ, secunda ni  
mis leta apparuisset. Ita monitus Marce  
lus, ne quid temerè niteretur, in sequenti  
nocte speculandi gratia cum paucis in

C ; grec

gressus, ab hostibus in Brutis circumuersus, dum improvidè contra Hannibalem pugnaret, lancea transfixus occubuit. Crispinus grauiter vulneratus, etiam interiit: id quod nunquam antea acciderat, ut duo Consules sine memorando prelio interfecti, uelut orbam Rempub. reliquerint.

C. CLAUDIO NERONE, M.

Lixio Salinatore 11. Coß. 4.

<sup>\*</sup>  
DXLVI.

205.

DCLXX IX. **S**ertorio in Hispania exercitum ducē  
tū, tale prodigium est factum. Scuta  
equitum

equitum parte exteriore, iaculaq; & pe-  
ctora equorum cruenta uisa: quod pro-  
sperum sibi interpretatus est Sertorius,  
quia exteriora hostili sanguine maculari  
solent. Continua ei prælia cum successu  
fuerunt. Cyzicum Mithridates cum op-  
pugnaret, Aristagoræ, qui in summo ma-  
gistratu erat, Proserpina in quiete uisa  
est dicere aduersus tibicines, se tibicinē  
comparasse. Postero die turres hostium  
uento disiectæ sunt. Ad immolandum  
bos sacra iniussa, de montibus per hosti-  
um claram adnatauit, seq; ad aras percu-  
tendam obtulit.

M. C E S O N E, G A I O A N T O-

nio, Coß. 122.

**F**ulmine pleraq; decussâ. Sereno Var DCXCI.  
gunteius Pompeius de cœlo exani-  
matus. Trabis ardens ab occasu ad cœlū  
extenta. Terrēmotu Spoletum totū con-  
cussum, & quedam corruerunt. Inter alia  
relatū, biennio ante in Capitolio lupā  
Remi & Romuli fulmine ictā, signūq;  
Iouis cum columnā disiectum, Antispī-  
cum responso in foro repositum. Tabu-  
lae legum æneę literis liquefactis. Ab his  
prodigijs Catilinæ nefaria conspiratio

H a cœpta

copta. Cum in agro Pistoriensi Catilina  
deuicisset, laureatos fasces in prouincia  
tulitib[us] à Dardanis oppressus, amissio ex  
ercitu profugit. Apparuit eum hostibus  
portendisse uictoriam, cum ad eos laurū  
uictoricē tulerit, quā in Capitolio debue-  
rat deponere. Lupi in urbe uisi; noctur-  
ni ululatus, flebiles, canum auditi. Simu-  
lachrum Martis fudauit. Fulmen tota ur-



be peruagatū, pleraq[ue] deorū simulachra  
decussit, homines exanimauit. Vrbs lu-  
strata. Propter dicituram Pompeij, in-  
gens

gens seditio in urbe fuit.

G N. DOMITIO, APPIO CLAV-  
dio, Cof. 124.

**M**Crassus ad Parthos profectus, cū DCC.  
Eufratem transiret, multa prodi-  
gia neglexit. Cum etiam coorta tempe-  
stas, signifero signum arreptum inersis-  
set gurgiti, & offundente nimborum ca-  
ligine prohiberentur transire, pertinaci-  
ter perseverans cum filio & exercitu, in-  
teriit.

L. P A V L O, C. M A R C E L-  
lo, Cof. 125.

**M**Vla pariens, discordiam ciuium,  
bonorum interitum, mutationem  
legum, turpes matronarum partus signi-  
ficauit. Incendium, quo maxima pars ur-  
bis deleta est, prodigijs loco habitum. In-  
ter Cæfarem & Pompeium bella ciuilia  
exorta. aduersus Cæfarem Pōpeius Ma-  
cedonia cum inuitatis gentibus amicis  
instrueret aciem, à Dynthachio uenienti  
bus, aduersa fuerunt fulmina, examen a-  
pium in signis portendit. Nocturni ter-  
rores in exercitu fuere. Ipse Pōpeius pri-  
die pugnæ die uisus in theatro suo inge-  
ti plausu excipi, mox acie uictus, in Ae-

H 3 gypto

gypto occisus, eo ipso die plerisque locis  
signa sua sponte conuersa. Clamorem,  
crepitumque armorum Antiochiæ, bis  
ut currietur in muros, auditum, indeque  
sonum tympanorum Pergamij. Palma  
uiridis Trallibus in æde Victoriæ, sub  
Cæsaris statua inter coagmata lapidum  
magnitudine mature enata. C. Cornelius  
augur Patauij eo die, cum auctis ad-  
mitterent, proclamauit rem geri, & uin-  
cere Cæsarem.

C. CAESARE, M. LEPIDO,  
Cosf. 126.

100 VIII. **D**eclinae legionis aquilæ Gn. Pom-  
peij filio, quæ fulmina tenebant, ui-  
se dimittere, & in sublimè auolare: ipse a-  
dolescens Pompeius uictus, & fugiens  
occisus.

C. CAESARE, M. ANTONIO,  
Cosf. 127.

100 X. **C**æsaridictatori exta sine corde in-  
uenta. Calpurnia uxor somniauit,  
fastigium domus, quod sicut erat adie-  
ctum, ruisse. Nocte, cum ualuae cubili clau-  
sa essent, sua sponte apertæ sunt, ita ut lu-  
næ fulgore, qui introuenerat, Calpurnia  
excitatetur. Ipse Cæsar uiginti tribus uul-  
neribus

# *De Prodigis.*


119

neribus in curia Pompeiana à coniura-  
tis confossum.

M. ANTONIO, P. DOLABEL-


la, Cof. 113.

**C** Octauius testamento Cæsaris pa- DCCX.  
tris Brundusij se in Iuliam gentem 42.  
adscivit. Cum q̄ hora diei tertia ingenti  
circunfusa multitudine Romam intra-  
ret, sol puri ac sereni cœli orbe modico  
inclusus, extremæ lineæ circulo, qualis  
tendi arcus in nubibus solet, eam circum-




scripsit. Ludis Veneris genitricis, quos  
pro collegio fecit, stella, hora undecima,


H 4 crinita



crinita sub septentrionis sidere exorta,  
conuertit omnium oculos. Quod sidus  
quia ludis Veneris apparuit, diuo Iulio  
in signe capitis cōsecrari placuit. Ipsi Cæ  
fari monstrosa malignitate Antonij con  
sulis multa perpresso, generosa fuit ad re  
sistendum constantia. Terremotus cre  
bri fuerunt, fulmine naualia pleraq[ue] ta  
cta turbinis uir simulachrum, quod M.  
Cicero plebiscito ante cellam Mineruæ  
pridie quam in exilium iret, posuerat,  
dissipatum membris prorum facuit, fra  
ctis



Ctis humeris, brachijs, capite, dirum ipsi  
Ciceroni portendit. Tabulæ æneæ ex æ-  
de Fidei turbine euulsa. Aedis Opis ual-  
uæ fractæ. Arboræ radicitus, & pleraq;   
tecta euersa. Fax cœlo ad occidentem ui-  
sa ferri. Stella per dies septem insignis ar-  
sit. Soles tres fulserūt, circaq; solem imū  
corona spicæ similis in urbem emicuit et  
postea in unum circulum sole redacto,  
multis mensibus languida lux fuit. In æ-  
de Castoris nominum literæ quædā An-  
tonij & Dolabellæ consulū excusse  
H s sunt,



sunt, quibus utrīsq; alienatio à patria significata. Canū ululatus nocte ante pontificis maximī domum Lepidi audit: ex his maximus à ceteris laniatus, turpem infamia Lepido portendit. Hostiæ grec pīcium in sicco reciproco maris fluxu relīctus. Padus inundauit, & intra ripam refluxens, ingentem uiperarum uim relīquit. Inter Cæfarem et Antonium ciuita bella exorta.


CAIO PANSA, HIRCIO,

DCCXI. Cœf. 129.  
41. **C**Aesarī cūm honores decreti essent,  
&

& imperium aduersus Antonium, im-  
molanti duplicita exta apparuerunt. Se-



cutæ sunt eum res prosperæ. C. Pansa  
Cos. statua equestris Antonij domi cor-  
ruit. Equus phaleratus in ipsius conspe-  
ctu festinans concidit. Quidam ē popu-  
lo sanguine uictimarum prolapsò, resper-  
sam cruore palmam proficiscenti dedit.  
Funesta hæc ipsi prodigia fuerunt. Qui  
mox aduersus Antonium dimicans, in  
mortem uulneratus est: armorum, telo-  
rumq; species, à terra uisa cum fragore  
ad cœlum ferri. Signa legionis, quæ reli-  
cta



Cta à Panſa ad urbis præſidium erant, ue  
 luti longo ſitu induc̄tis araneis uenire ui  
 ſa, fulmine pleraq; icta. In caſtris Cæſariſ  
 luce prima, in culmine prætorij ſuper lin  
 teum cōſedit aquila : inde circumuolant  
 iſbus minoribus auibus excita , de con  
 ſpectu abiit. Oraculo Apolliniſ uox au  
 dita, lupis rabies hyeme, æſtate frumen  
 tum non demeffum . Veteranis Cæſari  
 consulatum flagitantibus , terribilis tu  
 multus Romæ fuit . Cæſar cum in cam  
 pum Martium exereitum deduceret, ſex  
 vultures

vultures apparuerunt. concendentibus  
in derrostra, creato consuli iterum sex vu-  
ltures conspecti: ueluti Romuli auspicis  
nouam urbem condituro signum dede-  
runt. Reconciliatione inter Cæsarē, An-  
tonium, Lepidum facta, fœda p̄incipū  
fuit proscriptio.

M. LEPIDO, M V N A T I O P L A N-

CO, Coſt. 130.

**M**Vla Romæ ad duodecim portas <sup>DCCXII.</sup>  
peperit. Canis æditui mortua, à ca-  
ne træcta. Lux ita fulsit, ut tanquā die or-  
to, ad opus surgeretur. In Mutinensi ul-  
ctoriæ Marianæ signum meridicm spe-  
ctans, sua sponte conuersum in septen-  
trionem hora quarta: cum hæc uicti-  
mis expiarentur, soles tres circiter hora  
tertia diei, uisi, mox in unum orbem con-  
tracti. Latinis in Albano monte cum fa-  
cificaretur, ex humo, à pollice Louis cru-  
or manauit. Per Cassium & Brutum in  
provincijs, direptionibus sociorum, bel-  
la gesta. Notatū est prodigi loco fuisse,  
quod P. Ticius prætor propter diffen-  
siones collegæ magistratum abrogauit,  
& ante annum est mortuus. Constat nem-  
inem qui magistratū collegæ abstulerat,  
annum



annum uixisse. Abrogauerunt autem hit:  
Lucius Junius Brutus consul, Tarquinio Collatino : Tib. Gracchus, M.O.  
ctauio Cæcinnæ : P. Tarquinius; P.  
Marullo: Tullius, Bruto & Cassio, pu-  
gnam aduersus Cæsarem & Antoni-  
um molientibus. In castris Cassij exa-  
men apium consedit. Locus, aruspicum  
fusfu interclusus , interius ducto uallo.  
Vulturum, & aliarum alitū, quibus stra-  
ges cadauerum pabulo est, ingēs uis ex-  
ercitum aduolauit. Puer in pōpa Victo-  
riæ cultu cum ferretur, fereulo decidit.


Lustra-

Lustratione lictor pertuersis fascibus lau-  
team imposuit. Brutianis in prælium e-  
gredientibus, Aethiops in porta occur-  
rit, & à militis cōfossus: Calsius & Bru-  
tus interierunt.

CAIO FVRNIO, CAIO

Syllano, Coß. 131.

SVb Apennino, in villa Liuiæ uxo- DCCXX  
ris Cæsarî, in genti motu terra intre- XVII.  
muit. Fax coelestis à meridiano ad septem- 15.



trionem extenta, luci diurnæ similem in-  
nocte fecit. Turris horrorum Cæsarî ad  
portam

portam Collinam de coelo tacta. Insidijs  
Romanorum Germani circumuēti, sub  
M. Lollo legato grauiter uexati.

PAVLO FABIO, QVINTO  
Atlio, Coſ. 132.

DCCXL IN Germania, in castris Drusi examen  
III. 9. Lapium in tabernaculo Hostilij Rutilij  
præfecti castrorum cōsedit, ita ut funem  
prætendentem, præfixam q̄b tentorio lā-  
ceam amplecteretur. Multitudo  
Romanorum per insidias  
subiecta est.

IVLII O B S E Q V E N T I S  
Prodigiorum libri Fink.

P O L Y D O R I V E R /  
 GILII V R B I N A T I S , A D F R A N -  
 ciscum Mariam Virbini Ducem, in  
 Dialogum de Prodigis,  
 Præfatio.

**A**CURATE, sed nescio quām bene, Pre-  
 stansūne Dux, confeci et absolvi, in-  
 cunte estate, dialogū de Prodigis, cui  
 scribendo bonam hybernorum men-  
 sium partem dedimus. At unus aliquis fortasse dicet:  
 Isthuc argumenti genus iam pridem à Cicerone in il-  
 lis libris, quos de Divinatione composuit, plena ma-  
 nu pertractarum est. Ad id respōderelibet: Faciamus  
 ita esse: quid tam! Eripuit ne Cicero eam materiam  
 sic omnibus, ut in postrum tempus, de ipsa re nemo  
 quicquam bellè tradere posset! Sexcenta quippe ex-  
 tant exempla, quibus tale quid minimè obseruandum  
 edocemur: sed unum referam, uerbi gratia: Scripsit  
 apud nos in primis de re rustica M. Cato, deinde M.  
 Varro, Vergilius, postea Aemilius Macer, mox Colu-  
 mella, postremò Plinius, et Palladius, in qua pro-  
 se quisque multum euidem ad summam agriculturae  
 utilitatem, profectissime fertur, illudq; studium band in  
 exigua singulorum laude ponitur. Idem igitur no-  
 bis aliquando usū uenire poterit, atque illis ac-  
 mit, quum legentes animaduerterint me in Prodigio-  
 rum Dialogo solum quesisse id, quod in rem om-  
 nium mortalium maximè esset, ut ne delyrarent, néne  
 animarum dannum facerent, quod Cicero prestare

non potuit, tametsi ego nihil ad ipsum. Ceterum illud  
non tam ingenij facultate, quam temporum felicitate  
adiutum efficisse me, sicut nos etenim, qui posterio-  
res nati sumus, permulta cognita habemus, que supe-  
riores latuerant, quando nobis preceptor est Chri-  
stus, qui cuncta cum humanarum, tum divinarum re-  
rum mysteria recte norit: cuius ipse quoque doctrina  
instructus, confidenter ueni in certamen cum barolis,  
auguribus, haruspicibus, natibus, sortilegiis, quos par-  
tim diuinis, partim naturalibus debilitatos, in modo atque  
ad eò deuictos rationibus iacere, cum suis pestiferis ar-  
tibus, uidere iam licet. Quare bunc, optime Prin-  
ceps, Dialogum tuo nomini dicationem, iam divulgatum  
volui, ut nostri laboris fructum, si quis erit, plures ca-  
perent: caperet autem bona pars populi, postquam  
intellexerit se Christianae religionis beneficio band  
attingi pessimorum obseruandorum prodigiorum cura,  
et eos qui talcm suscipiunt curam maximè omnium  
tenui amentia, quem illi per eiusmodem studium, nihil  
omnino acerri certi ue doceantur. Sed vel tibi nempe,  
tuq; similibus, uiris belli gloria amplissimis, aliquid  
uolaplatis nouum afferet opus, quando per id plane  
constabit summos olim Imperatores in bello gerendo  
confiduisse de celo obseruare. et auspicia prodigiaq;  
tanti facere, ut inde potius uictorie in spem aut  
protinus adducerentur, aut ab ea depellerentur, ac ita  
demum felli. Igitur quem ars militaris in prudenter  
et fortitudine pariter Ducas, atq; in militu robore con-  
sistat, nostri profecto Imperatores multo sapientissi-  
mi aguant, qui in sua suorumq; uirtute spes sitas be-  
bentes,

## Praefatio.

ijt

bētes, sine ullo augurio, res suo tempore gerunt: & id  
tu in primis, qui nunc Venetorum copias ducis, offi-  
ciumq; fortissimi Imperatoris facis, quò adiumento  
sis ad rem italicam, que iam propè trigessimum an-  
num crudeliter armis Gallorum, Hispanorumq; simili-  
liter ac Germanorum vexatur, laceratur, perditur,  
tandem aliquando restituendam. Quapropter non e-  
quidem minus omnium nocibus ad eccliam extolleris,  
ob hanc quam natus continentet operā, quā ob sin-  
gularem illam animi tui magnitudinem, eque ut et  
rei bellicae scientiam, qua ab hinc aliquot annis, re-  
gnū tuūm suūm, quo aduersiorum potentia pul-  
sus fuerat, fortiter recuperasti. Ex quo certe nihil fer-  
me unquam tibi illustrius, quam ea calamitas fuit, ad  
laudem, & gloriam sempiternam. Atq; sic in hoc o-  
pusculo aliquid existet, quod te delectarit: cuīs rei  
causa est, quamobrem pro certo quasi habeam, mecum  
istuc obseruantie officium nonnihil tibi fore gratum.

Vale. LONDINI, X I I. Calenda-

ram Augstii,

M. D. XXVI.

I a POLY.

P O L Y D O R I V E R G I L I I V R -  
binatis Dialogi de Prodigis, li-  
ber primus.

P O L Y D O R V S :



Bhinc bidram, ita mecum cogita-  
bam: Si Robertus Ridclius meus es-  
set hic, disputaremus aliquid: cum  
eccc tibi, unus ex meis ministris, men-  
civit te ad urbem accessisse. Sic ani-  
mus interdum auguratur, que statim post accidunt.  
Hoc itaq; ut prius audiri, sumus valde gavisus: ac  
nihil nobi hodie potius fuit, quam ut te conuicirem,  
partim ut officium in amicum prestatrem: partim ut  
intelligerem, quam mox hinc esse discessurus: nam tibi i-  
ter aliud esse ferebat. R O B E R T V S . Agi tibi mihi  
Polydore gratias: certe tu mibi studio precucurristi. si  
enim expectassest, dum sol oriretur, ad te recta via  
iuissim. Quod anes scire, an nostra mansio futura sit  
hic diuiniior, sane cum carfa, ac non sine negotio,  
Cantabrigiensim Academiam mihi petendam consti-  
tu. P O L . Nihil profecto commodiuss accidere  
posset. nam una spero, ibimus in villam nostram, que  
uti sis, secundum tuam uicim, ad leuam in monticulo  
posita est: Et talis jet (quemadmodum Cato precipit)  
ne fundum querat, neue fundus villam: babet enim  
hortum pomarium, pratu, sylva, et prifillum campum  
frumentariū. Quapropter te iterum atq; iterū rogo,  
ut animi relaxādi gratia, eō ex via recta diuertas, cum  
locus minus duobus absit stadijs, non quō tuū interrū  
pemus iter, sed ut totum saltum triduū, de aliqua su-  
diorum

diorum nostrorum quæstiuncula inter nos loquamur.  
quippe id appello boni oculi fructum. R O B . Eam  
nam, ut obsequar: et quia iam uentum est ad umbram  
huim patulæ querim, posce puluinos, et sedcamus.  
nam ut uerum fatcar: aliquatulum fessus sum de his, ac  
ideo uolo me ad reficiendum ex labore dare. P O L .  
Si tuus animus perinde à curis, ut corpus à labore, ua-  
cuis est, inter nos hic, quò animi gratia acceptissimus, cō-  
feramus iam licet, de Prodigij: que ob terrifica co-  
rum eventa, mortales iam inde à principio obseruare,  
pariterq; religioni habere, atq; borrhore coepiunt. E-  
tenim non cognosco unum aliquem, qui de ijs rebus  
subtilius, cumulativeq; quād tu, qui es apprimè huma-  
nis èquè ut sacrī literis eruditus, disputare queat.  
R O B . In rem ingredieris, que et quanta olim fac-  
rit, hodie ue sit, nemo oruim facile sufficari potest,  
que deorū nuncios facit imbre, uentos, malas tēpesti-  
tes, bestias et monstra. P O L . Ergo ex religionis  
usu erit, aliquid de eiusmodi superstitione, que etiam-  
num bene multorum insanis mentes tenet, differere,  
quò cunctis illud Scrutoris nostri oraculum longè ue-  
risimum esse constet: Ne paſſerculus quidem in ter-  
ram cadit, nisi ex voluntate Dei patris. Sed quia labet  
iſta, ab astrologia primū facta est, illud admotio, ni-  
bil esse quod astrologorum uanis utiamur argumentis,  
quam illorum quofdam postremo non producerit, bo-  
nan nostræ religionis mysteriorum partem cælo afi-  
gnare, perinde quasi illud rerum omnium, non item  
Deus, auctor fuerit. O pernicioſam diſſerendi licen-  
iam. Negi etiam philosophorum capiōſissimæ uolo

subtilitates, quibus uerum magis circumfunditur, quād innescit. R O B . Non rescindemus regulam datam: sed rem, ut dixi, magni momenti traximus.

P O L . Quid ita t R O B . Quia ueroor, ne te meq; una in laqueos non induas, quorum ex nullo uteroq; sese posuit expedire, nisi in re haud facili, per acutis rerum ecclesium rationibus nobis utendum constituta: quibus mutati, in ista disputationis genere subtilius uersari posimus. P O L . Nescit, certe nescis abstinere manus: sic bellè in disceptationis ostensos scopulos laberis. Nihil nempe huic sermoni nostro de re malo utilissima, si sine captione plena fiat, orto longius, quam quicquam commentarium esse duco: proinde quatenus iusta nobis tractanda sint, ut recte intelligas, si libet, talis erit nostræ disputationis modus. Alter nostrum referet carptim prodigia, postquam ita appellare placet, quod predicent: quāquam sunt eiusdem fermè generis, portenta, monstralia, ostenta, quia portendunt, monstrant, ostendunt. Alter euenitorum causas, quam uera exquireret, atq; exponet, quod tandem aliquendo dilueat, in quibus ueteres simili uersati sunt erroribus, ac bona nunc ualgi pars delayeret. Hec explanavi, ut à principio intellegeretur à te, quid illud esset, de quo disputandum foret, ut ne uagari et errare cogereatur oratio, id quod in initio disputationis fieri ante omnia oportet. R O B . Laudo firmamentum disputationis quod posuisti, et modum: at effudi tibi, que possent ipsam disputationem infirmare, ut ne res temere tractemus turbidas: propterea si me in respondendo rudem inuictus, ne incruce condemnas,

qui

qui onus nostris viribus impar ante cognoverem. Sed iam ad rem ueniamus. Lex ista quidem nostri faberi sermonis quam imposuisti, mihi probatur: sed te illa portenta recitandi munere fungi oportet, qui quam iampridem rerum scrinè omnium initia octo libris prodideris, & ad Anglicam historiam scribendam egressu, multarum gentium annales evolueris, facile memoria tenes, quicquid ad institutum colloquium pertineat: ego uero prodigia, aut euentorum causas querere, minus laborabo, cibisq; rei te monitum nolo, ut ne mihi tantum famere uidear, qui quod fortasse latet obscuritate involutum, ausim planum facere: dicam tamen appositi id quod sentiam, de ijs que à te breuiter per cursa fuerint. Ceterum tu exordire explicare, queso, prodiga, que apud mortales obseruata, autores gravissimi mandorenis mandarint. P O L . Recite quidem te imperatorem geris, qui adeò bellè officia alijs scis parti, ut de ijs nihil tibi reliqui facias, quando sis nolle te laborare de interpretatione prodigiorum, perinde quasi aliquid laude dignum esse posse sine labore: uerum tamen quis intelligere uideris à te tantum postulari, ut dicas quod sentias, ipse quod mandasti, munus obibo, quam iam uscum tempus & liberum nobis tribuatur: si primum mihi illud innucris, à quibus tēporibus recitādi exordiū capiens dī sit. R O B . Cēso à primis, quoniam ita fieri oportere, ipsa natura docet: quippe quotidie usiuemus, ut unsquisq; que ante ora uidet, negligat, ac sic retū memorū equalē etatis sue minus attēdat, minus respiciat, minus cōsideret. Itaq; sic altē corsus ī iustitiae Deo,

uoce preito. P O L . Illud porro post hominū memo-  
riam prodigium inauditum extitit, rubum flagrare,  
ac, ut in Exodus est, nulla ex parte comburi: indeq; uo-  
cem editam, qua Moses iussus est ire cum Aaron fra-  
tre suo in Aegyptum, accersitum in patriā Hebreum  
populum. Sed uel aliud multo mirabilius, quum Aa-  
ron coram Pharaone, uirgam quam gerebat in colu-  
brum, & flaminis aquam in sanguinem uertit, indu-  
xitq; per omne Aegyptum ingeniem retrahit mul-  
titudinem. Age, iam tuum fac officiū: causas elice pro-  
digorum istorum, ac de euentibus ediffere. R O B .  
Magnus nēpe es rerū artifex. P O L . Quāobrem?  
R O B . In longum me uocat sermonem, cogiq; ut  
iamiam me dem ad omnem diuinandi rationem expo-  
nendam, si uoluerō mysteria tuae prime questionis di-  
ligenter querere. Hic tria diuinationis genera com-  
plexus uideris, diuinum, artificiosum, & naturale. Di-  
uinatio, diuina semper ueritate dirigitur, cuiusmodi  
Moses & propheta reliqui usi sunt, qui diuino afflati  
spiritu, futura prædicterunt, miraculaq; edidicrūt, quō  
mortales faciliter adducerentur, ut suis predictionibus  
fidem tribuerent. Ita Moses per flamman in rubo mi-  
nimè consumpto uersantem, præfensit futurum, ut po-  
pulus per legem, quam flamma illa significabat, hau-  
quequam purgaretur peccatis, que in flatu spinarū ru-  
bi pungentia faciunt, ut saltem appropinquante mor-  
te, eos qui secus quam decuit uixerunt, delictorū suo-  
rum tum maxime paeniteat: quia animus, teste Cicero-  
ne, id temporis multo diuinior est, quum presagiat se-  
se breui à societate & contagione corporis seuocatū,

atq; ita multo magis perpetuum iri. Et hoc ad pri-  
mam tuum rogatum. P O L. Reste quidem, at per-  
ge modo. R O B. Ego uero pergam. Alterum di-  
uinandi genus artis est, quod ad anguiorum, au-  
spiciorum, monstrorum, sortium, & fulgurum in-  
terpretationem faciendam ualeat. arie enim heruspi-  
ces, angares, hariolii, & uates armati. aut ex uolatu a-  
nimam que prepetes dicebantur, aut ex cantu carum  
quas oscinas vocabant, aut ex gressu si enim escam non  
caperent, tum mali alicuius significationem fieri augu-  
rabantur) aut ex colore defectu, mutatione ue exto-  
rum animalium, futura praedicebant. P O L. Bo-  
na, uel mala! R O B. Me alio traducis, impedimen-  
toq; es, quod secius pergam: sine, queso, reliqua expli-  
cem, ne hec quae incurruunt succissua tempora, rebus  
non nostris date uideamus. P O L. Sino: sed hic de  
te peto, quid sit ista diniatio, quo nostrum scrueimus  
institutum, ut nibil prius tractare incipiamus, quam  
quid sit, declaretur. R O B. Non ego, sed aruspices  
sed augures definiti diniationem esse cariorum re-  
rum, quae fortuite ac future sint. Fac ergo sic esse, cum  
dices: Si quid fortuitum est, id casu aliquo non cue-  
niet: si futurum, & quia in fortuna positum est, po-  
test impediri, ut ne accidat. Ac ita relinquatur, ut dini-  
atio sit nulla preter diuinam: nisi uelimus eam ap-  
pellare conieclaram, quod fatcri haruspices, augures  
instar mortis putant, & conieclaram in qua teme-  
ritatis plena, de qua suo loco plura dicam. Nunc ad  
rem. Sequitur alterum prodigium, sine monstrem.  
Monstrum utiq; fuit, certe subito ex uirgi colu-

brum obrepere, atq; flumen cruore fluere. Hoc memoremle apud veteres, artis erat: et apud nos, idem spiritus qui miraculum edidit, planum fecit, quid portenderet: virga enim, auctore Origine, homilia quarta, in Exodum, crucem Christi significauit, que a principio contemptui habita, mox in serpentem animal, teste Evangelio, prudens uersa: hoc est, ubi cognosci corpit, in precio fuit, exortit Aegyptiorum, qui recta non sapient, inanem sapientiam. Item infectum fluminis sanguine: quia ubi mundo illuminat, a nocentibus peccatis exagit, secundum illud: *Omnis sanguis qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinem Zacharie, requiretur a generatione hac.* Tertium divisionis genus naturae innenit, quod ea duce, somnium mutuus: quum iacet corpus dormiens, tum animus qui diuinus est, preterita meminit, presentia cernit, futura praedicit: ex instinctu statuque diuino naticinemur, id quod apparet in poësis, qui quadam animi citatione mira canunt. Ex quo Democritus negabat, sine furore posse esse poetam. Sed age, iam ad tertium ranunculorum ostentum ueniamus, quo tuus questionem tandem aliquando absoluamus. Totam Aegyptum immanis ranarum copia occupauit. Ecquid illud portendit aliud, quam damnum, quam molestiam, quam labem miseris incolis? inest enim ranis quedam natura significans aliquid: quippe quæ impendente procella aliquis, solent in ripas exire, atque multo magis clamitare, unde agricole presentire possunt futuras tempestates: sed cur ita fiat, non ictem uidere, quum id sit in naturæ arcano inclusum.

Atq;

Atq; hæc naturalis dissinatio . P O L . Preclarè c-  
quidem : sed ad rationem instituti sermonis cōmodius  
duxerim fore , si non granabere repetere , cuiusmodi  
in primis sint artes , que in naturali dissinatione uer-  
santur , & quatenus , quò probè constat nobis innata  
esse prædictionem istam , citra omnem superstitionem : que aliud non est , quam importuna inepiaq;  
religio , non item uera & sancta , quando , ut hæc  
deos colit , ita illa uiolat : quam superstitiosi obserua-  
bant , qui (test Ciceronē) totos dies precabantur , &  
humolabant , ut sibi sui liberi superstites essent .  
R O B . Nunc dato responso ad ea que proposuisti ,  
magis surgendum nobis puto , quam ad eam par-  
tium sermonis ex qua egredi sumus , reuertendum .  
P O L . Consideramus adhuc hic in umbra , extra-  
huiusq; tempus per amper , oro , dum se calor frangat ,  
disserrauisq; aliquid , quod secundum natu-  
ram sit . nam cum in ea re nihil fucosum , nihil teclum ,  
nihil affectatum existat , bānd scio quiequam animo  
pergratius , perq; iucundius esse . Præterea si sermo-  
nem cum utili tuis honestum interruptimus , no-  
luerimusq; postea ad illum rursus aggredi , futurum  
video , ut uterq; nostrum summe animi pendeat , quem  
nemo homo quamvis magna ingenijs sit acrimonias  
preditus , tam facile contexat interrupta , quam absolu-  
at instituta . R O B . Non est , video , quòd omnis re-  
casem : ita ut urges : taneti si illud in proximā nostram  
confessionem rescrivari commodum poterat , itaque  
tibim morem geram . P O L . Atqui ego ista audire  
perquam cupio : ordine rigitur . R O B . Prudētia unica

virtus

virtus humanae cuitate maxime necessaria, variè à multis definitur: sed nos aliorum sententijs breuitatis causa omisssis, Ciceronem sequemur, qui primo de Officijs libro qđ, Prudentiam esse rerum experendarum fugendarumq; scientiam. Qui ergo seit ea sequi, que sibi bono, & declinare que malo fore ducit, is merito prudens dicitur. Ea autem cura iuxta omnibus suscipienda est, qui uelint officium suum facere, ut ne iniuite more belluarum, que non nisi presentes cernunt casus. Hinc nascitur illa naturalis pariter presentia, atq; divinatio pro se quisq; enim sui custos, adiutor & defensor esse debet: ex qua re oritur cautio. Exempli gratia: Cum uolo cauere, que obesse possum, incipio obseruare hominum mores, tempora, naturam loci in quo habito: ex obseruatione, presentire: ex presentione, divinare, quid inde futurum sit. Itidem facio, si quid boni excepto, sic ut nullo negotio & commoda & incommoda prospiciam, preuidam, conjecturaq; augurer, atq; ita prudens recte sciāne me regere, gubernare, custodere. Verum qui alijs presentiunt, eos maior cura consulendi sibi, & suis tangit. Hec si approbat, pergam ad reliqua. P O L. Nihil supra. R O B. Natura continentur maria edit signa, ex quorum obseruationibus, quarundam artium rationes initie sunt, ut qui eis exercēt, possint multa prospicere ad scipios pertinemnia. Siquidem ducis copiarum ituri ad bellū intercessit, niae pabulig; causa obseruare nec nouū, quod aduentu hirundinum, lusciniarum, turturum, primum presentit: item tempus hymandi, id quod grues abentes indicant: & interim animae rationem habere, ut

re, ut exercitus ne facie omni ferro longè seniorē, sufficietur. qui facile istuc futurum ex nuce presagiet, autor Poetæ:

Contemplator item, cum se nux plurima sylvis  
Induet in florem, et ramos curuabit olenes:  
Si superare fecit, pariter frumenta sequentur,  
Magnaq; cum magno ueniet tritura calore.  
At si luxuria foliorum exuberat umbra,  
Nequicquam pittigues palea teret area culmos.

Ceterum nulla magis ars eiusmodi signorum significatiōne inviatur, quām rustica atq; nautica: quando ex utriusq; usū somnōpere est, futuras tempestates bonas  
eque ut malas prenoscere. Enīmuero in agricultura nihil non tempestivē agendum. Ita Cato suum willicum admonet, inquiens: Opera omnia mature conficias facce. nam res rustica sic est, si uitium rem serō feceris, omnia opera serō facies. Hac ille. In nauigando non parum semper caudum periculum mortis: quod tantum abest, quantum tenuis ligni crastinudo patet. Ex quo non ineptè Bias argebat, nautam neg; inter mortuos, neg; inter uiros esse. Ergo non sine causa signis Solis et Lunc, atq; animalium presagionibus, artes iste sunt effectae. Sed iam ut amur nostro Verg. testet:

Si uero Solem ad rapidum, Lunasq; sequentes  
Ordine respicies, nunquam te crastina falleret  
Hora, nec insidijs noctis capiēre serene.  
Luna reuerentes quam primum colligit ignes,  
Si migrat obscuro comprehendenter acra cornu,  
Maximus agricolis, pelagoq; para bitur imber.  
At si uirginem suffuderit ore ruborem,

Venitum

Ventus erit, uento semper rubet aurea Phoebe.  
 Sin ortu in quarto, namq; is certissimus autor,  
 Pura, nec obfusis per cælum cornibus ibit:  
 Totus ex illo dies, et qui nascuntur ab illo,  
 Ex alium ad mensam pluvia ventisq; carebunt.  
 Votaq; scrutati solvent in littore nante.  
 Sol quoq; exoriens, et qui se condet in undas,  
 Signa dabit, Solem certissima signa sequentur.  
 Et que manè refert, et que surgentibus astris.  
 Ille ubi nascentem maculis marauerit ortum,  
 Conditus in nubem, medioq; refrigerit orbe,  
 Suspecti tibi sine imbris.  
 Caeruleus pluviam denunciat, igneus Euros.  
 Sin maculae incipient rutilo immissceri igni,  
 Omnia tum pariter uento nembisq; videbis  
 Feruere: non illa quisquam me nocte per altum  
 ire, neq; à terra moneat conuelleret funem.  
 At si quum refretiq; diem, condetq; relatum,  
 Lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis.  
 Ea omnia uel animalia quedā presagiant, dantq; cer-  
 ta tempestatum signa. Idem: Aut bucula cælum  
 Suspiciens, patulis captauit naribus auras,  
 Aut arguta lacus circumvolitantū birundo,  
 Et ueterem in limo rane cecinere querelam,  
 Tum cornix plena pluviam uocat improba noce.  
 Item delphini, mergi, gruci, corui, teste Plinio, pre-  
 sagiant. Quin medicina ex signis duntaxat naturali-  
 bus, de uita pariter ac morte agrotantium iudicium  
 facilius quam presertim uene equis seu non equis in-  
 terrullis mouentur: quod ut istud mortiferum, ita il-  
 lard sa-

Iudiciale salutare sit signum. Jam tota naturalis divinatio pertractata est, cum rerum cunctis. P O L. Benē certe: sed cunctorum ipsorum causas nobis quoque querendas existimo. R O B. Ait tu hoc querendum? Addic, à quo etiam querendum sit. Sanè seniorum, imbrium, morborū, signa que dixi, quæ habeant rationem, non satis perspicio, nūm autem & cunctum non ignoro. P O L. Non e quidem ista desperantur à nostris astrologis, vel philosophis, qui etiam rationem reddere sciunt, quæ causa sit, cur Impiter in sua ecclæsticæ sellæ sedendo, interdum dextram pedem superfinis trum reponat. R O B. O' miram memoriam: tute à principio lege excepisti, ne basce illorū hominū oculatorias obscuritates, fuisseq; subtilitates nostro sermoni nascerentur: & nunc uidelicet nō imprudens in eas pestes collabi. P O L. Verissima sunt quæ incertas. Nam milii, fatoq; iam excidrant: ad nostra iam redeo. Mittamus Solis ac Lunæ signorum rationē perscrutari, & hoc loco usurpemus illud Socratis scirū: Quid supra nos, nibil ad nos. Et si libertum sit, peruestigemus quid sit, quamobrem animalia presentiant futuras tempestates, atq; inde apud mortales marie horiolationes increbuerint. R O B F. faciat Polydore ut nis, tamen si scio me in re difficulti ac multum & sepe quaerita uersaturum: quia sunt qui suspiciuntur, eas bestias diuorū interpretes esse, quando homines minus per se futuram acris qualitatem sentierint, ab illis obseruando collègunt, percipiunt, prænoscunt. P O L. Hinc igitur uidere licet, præ brutorum intelligentia, nostram in hac parte conuenire.

R O B .

R. O B. Id nequequam nobis enim iuncta est naturalis prudentia, qui nostro indicio aut leti, aut tristes sumus. id quod in ista animalia caderet nequit, que nihil per se perficiencia naturam aeris sequuntur, cuius instinctus non perpetuus modo gerunt, modo garriunt, modo lascivunt, modo concinunt. Sed audi nostrum Vergilius, hanc tibi questiunculam similiter propontentem, ac declarantem:

Haud equidem credo, quae sit diuinitus illis  
Ingenium, aut rerum fatu prudentia maior.  
Verum ubi tempestas, et caeli mobilis humor,  
Mutauere nisi, et Iuppiter hamidus austris  
Denset, cruent que rara modo, et que dea relaxat,  
Vertuntur species animorum, et pediora motus  
Nunc alios, alios dum nubila ventus agbat,  
Concipiunt hinc ille avium concentus in agris,  
Et lete pecudes, et ouantes gutture corui.

POL. Latuerint ne bee ueteres? R. O B. Minime, opinor nam Vergilius, cuius tibi testimonium citauit, non utique beri aut nudiglaciis fuit, qui plus doctrinae attigit, quam quicunque mortalium fertur. POL. Et tamen putabant aues euentus significare aduersos, secundosue? R. O B. Putabant equidem, quando rem nullam administrari, nisi auspicio solebant.

POL. Qui fieri potuit, ut illi prisci mortales aliqui sapientissimi, in hanc delyrationem incredibilem collapsi sint? Quid respicias? exprome, queso, tante fulmine causam. R. O B. Respicio tuas bellissimas ille cebras remoradi me hic ad uesperum, nam uni semper incepit rei praevictis alteram. Arbitraris ne parui es  
se ne-

se negotijs expromere causam tanti erroris, qui sapientissimos quosque utros olim misere infatuaret? An me unum ex illis scabiosis sopbis suis esse putas? qui quā ab inveniente etate sese dederint ad perdiscendas captiones uerborum, uerborū inquam barbarorū, in eis enim omnis lingue tam Latinę quam grācē icūmitas existit: Et postquam artē quam vocant, credo sopbislariam, peribebint, tum tanquam omni doctrina cumulati inscholis assidēt, dicere q; audēt: Si quis uelit quid querere? perinde quasi nulla sit res tanta, tamq; improuida, de qua ipsi non sint dicturi, nequid dici possit. Sed ecquid dices, si ostendero te ipsum id iampridē prodī disce, quod à me explicari petis? P O L Y. Mihi illud antebac ne somnisse quidem uenit in mentem: R O B. Cretensic, quem admodum uideo, nescit pels qui, ut aiunt. Sic bellè dissimulat, nō quò omnino illudat (nam te hominem bone frugi esse non ambigo) sed ut me tuę laudis buccinatorem audias. Itaq; postquā ita tibi cordi est, uolo id eo confidentius facere, quod ipse sic uelle uideris. Tu enim libro de Inuictoribus rerū quinto, peritè porrò docuisti, quam demones, præseruit ante Christi Seruatoris nostri aduentū, multis nocendi artes habuerint, quatuor; multi jugib; responsorum fallacijs miseros mortales peccarint, deluserint, perdidierint. P O L Y. In hoc admodum delector optime Roberto, quod nostra tibi scripta minime sordeant, in quibus, uti uideo, libenter versaris: sed perge, amabo te, ut ne puncio quidē temporis, nostri sermonis seriem interpellemus. R O B. Primū omnium satis constat, demones esse spiritus à Deo olim in caelo

K creator,

creatos, seriatq; habere corpora, ut Apuleio Platoni-  
co, ac dico placet Augustino, ipsos Platonicos in  
bac parte secuto: qui ob superbiam inde dicit, par-  
tim in terra infimo, partim in aere versantur, nocen-  
di semper cupidi: qui idcirco, teste diuo Augustino  
de demonum duimatione, & sensu & celeritate om-  
nes animantes longe antecedunt. Sed ante illum Plato  
in Epinomide, eorum naturam sic descripsit: Daemones  
genus aeris in terra, mediaq; regione collocatos, co-  
lere debemus. Et quamvis hi daemones prope nos sint,  
nunquam tamen nobis manifeste apparent: prudentia  
mirabilis participes sunt, acuto quippe ingenio, tene-  
cij; memoria, cogitationes nostras omnes cognoscunt.  
Verum tu dices, Plato ibi de bonis loquitur demonib.  
At malos quoq; idē ponit, cum alibi, tam epistola que  
dam ad amicos Dionis, qua docet, usq; cō cum rebus  
Siculis bene actū, dum Dionysius iunior de ipsum Dio-  
nis sententia, eas administrarit, & illam postea deprava-  
tum pessimè egisse, inquietus: Nunc aut sine quis de-  
mon, siue perniciosus aliquis ijs se se obiciens, iniqui-  
tate & impietate cuncta pervertit, rufusq; perdidit.  
Hec ille. P O L Y. Sunt ergo daemones vel boni et ma-  
li? R O B. Sunt. P O L Y. Alterum tibi non conce-  
dit Peripatetici, quorū princeps, ut ipse scis, fuit Ari-  
stoteles, qui demonum non meminerunt: alterum non  
admittit Augustinus, ut est in libro de Cipiitate Deino-  
mo, qui unitaemones apud nos, in malis semper par-  
tem acceptam iri. R O B. Magnos quidem adducis au-  
tores, at utrumq; defendam. Sunt inquit daemons, quo-  
rum sexcenta in dies singulos existunt opera, que na-  
ture

tura rerum illa nequit efficere, tametsi multo sanè est efficacissima: sed ne tempus terramur, illud aperte docebit errorem corū, si qui sunt, qui negant. Vidi ego, immo nemo non quotidie videt, hominem à demonе prehensum, agitatumq; effundere ea que nunquam audiuit, & id aliena lingue, quam nunquam didicit. Hoc nisi demonibus, est quisquam omnium qui audiat affligrave? Quod autem demones bonos more priscorum vocitamus, de ea re hanc laborare oportet, id quod panis refert: placet sequi veteres philosophos, quando nos etiam angelos & quæ bonos atque malos dicimus. P O L Y. Ais igitur bonos & malos esse demones? R O B. Prorsus, quemadmodum antè dixi. P O L Y. Ecquid numeris apud Deum obeunt? R O B. Mali enim iussum Dei, ab imprabis scelerum portar exigit. Ita misit Deus in Aegyptum, ut est in psalmo lxxvij. iram indignationis, immisiones per angelos malos. Illud uero alterum demonum genus saluti hominum studet: et utrumq; dixus Ioannes Chrysostomus, homilia tertia, de patientia Job testatur. P O L Y. Dubitо de ista tua definitione ministerij demonum, quia nemo homo nescit bonos fuisse demones, qui iterint per dictum Sodomam: proinde si uis ut tecum consentiam, rem subtilius explicato. R O B. Ut ne ambigat, subiiciam quod satis dictum uel ab Angustino habemus. Malus itaq; demon potest aduersus malos homines, uelut in suum gregem, nisi prohibeatur: aduersus bonos non item, nisi Deus permitteat: et id quidem non ad perdendum, sed ad probandum. Propter ea malus demon Job, uero animi uitaq; integrissimo, posuerat

K &gt; omne

omne cuius peculiū cōceptu Dei corrupcerat, nunciam  
ruine attulit. Ac ita Deus p. demones periter bonos  
atq; malos, modò iustos homines, modò iniquos tetat,  
castigat, punit: sed ut hos pauci aeternis, sic illos cala-  
mitatibus minus diuturnis afficit, quò de eorū probi-  
tate certum fiat periculum. Iam, credo, ministerium  
demonum iuxta mecum tenes. P O L Y. Quid er-  
go? Sciunt' ne per hoc futura? R O B. Sciunt nempe.  
P O L Y. Minime tibi assentior, qui plane credo  
Chrysostomio. is enim in Euangelium Ioannis, homi-  
lia XVIII. de eare ita loquitur: Predicatio futuroru-  
mimmortalis Dei duxerat opus est. Quod si aliquando  
demones aliquid predixerant, solum & incertum  
auditus deceperant, eorum nāq; naticinia pafim falsa  
deprecabantur. Hec ille. R O B. Ego quoq; tan-  
tum à Chrysostomi sententia non absim, at etiam ma-  
xime probem. Sciūt, inquam, demones in primis, que  
ipſi machinaturi sunt. & futura quoddā, utpote quisi  
in procinctu, non autē longo post tempore euentura.  
Exempli causa dictum sit: Superiore estate, quemad-  
modum audisti, cum ingens bellum in terra Italia ar-  
deret, inter Carolū Cesarem ex Franciſcu Gallorum  
regem, effetq; cum ipso Gallo in fædere Clemens Ro-  
manus pontifex, uenit in metem Carolo duci Borbo-  
nensi, qui Caesaris copias ductebat, Clementem aliquo  
incommodo deluptuoso afficeret, quò ille cogretur  
amicum Gallum deferere. Itaq; Borbonensis magno  
eūn Hispanorum tum Germanorū peditum numero  
instructu, ex agroq; Placentino prosectorius in Heru-  
riam descēdit, predicans se bellū Florētini faciliūrum,

quod

quod illi etiam Gallorum partes sequerentur, ut sic suum consilium artificio tegeret: qui ubi eò peruenit, omessa via quæ Florentiā ducit, primo quoq; die Senates contulit, illicq; Romam approprauit, quod cū omnium opinione celerius uenisset, facile eam rebus omnibus imparatissimā offendit, primoq; impetu capīt, ubi loci ipse occubuit. At milites uictoria usi, Vrbem occupant, Clementemq; arce diui Angeli includunt, qui paulo pōst seū in eorum fidem permittere coactus est. Ad proposita redeo. Demones igitur potuerunt ex tanto rerum motu, & alterius partis studio uebementi præsentire ac prædicere, brevi saturū ut urbs caperetur: sed illud bandquaquā ante, quam Borbonensis id consiliij corporasset Rōme inuidenda.

POLY. Rem iam teneo. R O B. Expecta, dum concludam, si uis nihil ambigi. Sic demonum malitia, ut diuus Ambrosius in Evangelium Lucae ait, etiam occulte reprehendit, nam in id illi incumbunt, ut sciant, quō mortales sibi credant, & credentes fallant: quādo tali sunt natura, ut nobile sit antiquius q; dolis, q; machinis, quam fallacis ac prestigiosis mortali, comēnenter circumuenire, in errationemq; trahere: quanquam, uti te demonstrasse significauit eos dolos, machinas, fallacias, prestigias, iampridē Christus praestinxerat. POLY. Cur non potius sustulerat? R O B. Quia Drus, sicut Origenes homilia xiiij super Nume ros testatur, non uult id demonum geniu amet tempus damnare, qui apud Mattheum Scrutatores rogabant, ne se ante tempus torqueret. POLY. An ex iusu nostro non foret, si spiritus tam malefici exinanirentur?

K \* R O B.

R O B. Handquam puto: p̄ficiat enim ut ciuismi  
di hostes sint, qui dies noctesq; nos oppugnant, in cer-  
tamēq; uocēt, quū teſte Apostolo: Non coronabitur,  
niſi qui fortiter pugnarit. Sanē ubi certamen non eſt,  
ibi nulla premij, nulla uictoria ſpes exiſtit. P O L Y.  
Plena manu rem attigisti, ſed utinam iſtorū demonum  
m. dītia nequitiāq; ad nos aditū baberet aut difficultio  
rem, quō nobis per eam in animi ſecuritate, in qua uita  
iſtam pono beatam, acquieſcere lieceret: aut ſi ita  
facto opus eſt, longē faciliorem, ut ex acti certamine  
letio rem reportarem uictoriam, poſtq; profeſe quiſq;  
pugnando animoſe reſtituerint. R O B. Neutram in  
rem noſtrā eſſet: ſi enim demones inhiberentur, ne ad  
nos tentandoſ aggreſdi poſſent, illi contrā atq; eorum  
natura eſt, facere cogerentur, ac ita ante tempus dam-  
narietur, id quod Deus nō uult. nam teſte Origene, in  
eadem homilia, dominare, eſt auferre eis arbitrii dati  
potefiatem, et ante tempus inſtrire iudicium. Si in pro-  
ſuo iure integrū eſſet ſeuire, perbreui tempore omne  
humaniū genus perditū irent. Igitur Deus perinde ihs  
malis ſpirituibus ac bonis, noſtre ſalutis cauſa, interdū  
uititur. P O L Y. Utitur ne Deus etiā malis i R O B.  
utitur, in quem. Verbi gratia: Deus olim per malum  
demonē, uti antē oſtendimus, patiuit lob periculi  
ſecerat. Item ſi malitia, inuidia, et proditio inde, in  
quē, uti ait Iohannes, ingressus erat Satanas, nō fuifet,  
crux Christi, quē admodū idem Origenes homil. xiiij.  
affermat, non extitifet, unde noſtra manauit perpetua  
ſalus. Traſcamus ad alia. Iſti ergo demones mali, par-  
tim natura corporis arcti, partim longo rerum uſu,

nam



nun dintius minunt, longe scientissimi, quam à primo animaduertierim homines rerum futurarum notionis cupidos, duc natura, obseruare animentium corporum vocumq; motus, quibus coniectura augurari futurum aliquid posset, tales fecerunt fallacias, ut cum animantes ipse aut insolitis uolatibus, aut garritibus terris signa miranda darēt, illi demēter eiusmodi signis adducti, artem augurandi uanitatis plenam consecerint, quam tam superstitione quam apiliter futura querent. Quid institutionem demones augendum existimantes, quū postmodū mali aliquid terris populis ne impendere presentirent, ita in hominum animos inducebant, ut facile crederent illud ipsum malum decorum suorum nutu, sibi per ea formidanda animantib; signa, aut noxes ex simulacris diuinitus, utrebatur, editas, indicari: qui sic dementati ex suis observationibus, quicquid inde commodi accipiebat, se à diis prius mortis item prosperitatē habere putabant, quod malū ante cognitionem facile declinari soleat. P O L Y. Ita homines à cascodemonibus moniti, malum omen auertebant: R O B. Me interpellat: nunc & que tu audi, & que ipse referrre babeo, attende potius, quia paulo post intelliges ea monita bono non fuisse credētibus. Item miseri mortales diis illis malis fidem ac bonorem habere, eosq; in familiaritatem recipere ceperunt. Itaq; memorie proditum est, Numam Romaniorum regem nympham Agerion, Q. Sertorium certam Diane, ut predicabat, nomine afflatum consulariem, & Socratem demonem consiliarium, quem Apuleius deū appellat, habuisse. P O L Y. Bestijs

deam, et demonem deum exquis unquam dixit? R O B.  
 Sertorius, et Socrates. P O L Y. Quid boni igitur  
 ab illis ambo cōsecuti sunt? R O B. Id scilicet, ut iste  
 nibil suo iuuante deo, coactus sit uitam finire ueneno:  
 et ille nullo sua deo monitu edolitus, domesticā fraude  
 perierit. P O L Y. Eo præmio dij gentium remane-  
 rabant suos cultores? R O B. Non sanctatio, et id  
 porro hanc occulte: siquidem, uti tu libro de Rerū in-  
 ventoribus quinto luculentē demonstrasti, humanae  
 hostias sibi immolatas nolebant. P O L Y. O' perni-  
 ciōsam et quē dcorum humani sanguinis fuit, atq; mor-  
 talium amentium, iniustitiaeq; si paricidas colere li-  
 buerit, quos ipsi suis legibus suppicio magistrandos, non  
 item colendos iam inde à principio sanxerant. Sed di-  
 cet aliquis: Istud faciendum erat, quo maius anerrun-  
 caretur periculum quod iam supra caput esset: quādo  
 sati constat, teste Dionysio Halicarnasco, Iouem et  
 Apollinem magnis affreſſe Italiam cladibus, quōd de-  
 enīa hominum sibi non fuisset immolata: et Publum  
 Decium patrem, Romanum consulē, ac deinde Decii  
 filium ecce inclinante, sponte se atq; hostes dij mani-  
 bus ex dire ſuperſitionis instituto, omnib. dewoviſe  
 precibus. R O B. Pulchrum ſanctū per tempus exem-  
 plum demoniacā fraudis narrasti: nota tempora inſi-  
 licia, quibus humanae mentes demonum preſtigis ca-  
 pte, nefaria ludibria non cernerent. Eſt opere preciū  
 hic cognoscere demonum ſimilis inſidiosas artes, et Ro-  
 manorum hominū cætitatem, qui crediderint Deciuū  
 patrem, ut de filio taceamus, bello Latino potuisse ſe-  
 cum hostes devoluere, in quos nullum iurē ille habuerit.

At-

Atqui hanc dubium fuit, nō oportuisse Decio cadente, Latinos cadere: quā ubi Decius est tēlis obrutus, nō si gra sua defruere, sed usq; cō restiterūt, dñ non patro demum T. Manili alterius Consulis negotio, sūsi fuga tiq; sint. P O L Y. Fortasse nates aliquis exceperunt eos à Decio incantatos? R O B. Nego, ut dixi, Deciuū potuisse Latinos carminib; ad inscritū trabere, quādo incantamenta apud priscos, tametsi omni superstitione refertos, semper in quaestione fuit, ualeret ne ali quid. Apud nos uero dubium non est, quin nullius sint momenti, id quod lex, quod religio, quod ratio docet: que idcirco de petrum sententia, iempri dāminata sunt: Quapropter expedit ut ea missa faciamus, ne propheta sacris misericordie videatur. P O L Y. Non intermitas, queso, parū disputatione de istiusmodi incantationib; quas audio nō usq; cō improbatū iri, quin liceat Dei nomine interdū uii. R O B. Nihil est, uidero, quod morem uiri diximus, adeò urges. Itaq; ex tuo Plimio, ut ne sacros autores in rem ridiculā demus testes, rute baurito, que de me queris: ille enim libro Naturalis historiae xxvij, bonam eiusmodi deliramentorum partem ponit, tantiq; facit, ut ad extremum ita concludat: Sed in prodendo obstat ingens uerecundia, in tanta animorum uarietate. Quapropter de his, ut libitum cuiq; scribit, opinetur. Homo sane prudēs non putauit sic a ueritate recedendum, ut se autore in posterum tempus, eius uane observationis cura alios tangeret. Veruntamen certum habemus, in veterum animis in se dīscē semper opinionem, uel potius stultitiam, que etiam nunc permulpos amentes tenet, ut crederent

derent posse se cœlum pariter atq; terram uerbis qui-  
busdam, ad carminis similitudinem compositis, moue-  
re. Vergilius:

*Carmine nel coelo possum deducere lunam. Item:*

*Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

*Cato de re rustica, luxata membra hac cantione sa-  
na fieri tradit: Danata, daries, dardaries, astararies.*

*& reliqua. P O L Y. Bone deus, Cato nirtam se-  
piens, duxit animo iſlam cantionem, uerbis uerbis uerbis signi-  
ficantibus compositam, ualere aliquid, ad mouen-  
dam Deum? R O B. Ita est. M. quoque Varro hanc*

*extra talēm culpam est, qui affirmat carmine sanari  
podagrā. Marforum, qui Italie populi sunt, cantu*

*serpentes contrabi, uulgo tradiderunt. M. Scutellum*

*Nouianus in lippitudinis metu, diuabus literis grecis  
& et e chartam inscriptam, lino ad collum circumliga-  
tam ferre consuecerat. P O L Y. Istud profectō insti-*

*tutum hanc obsoleuit: quippe sunt bene multi à nefas-  
tis magistris ita instituti, ut pro certo quasi habent*

*se ualentē fore, si uerba Evangelica, uel psalmura ali-  
quem eodem modo gestarint. R O B. Verum nempe*

*dicit: sed illi nihil uerti sapiente, qui perinde quasi pre-  
literatus notis, non sit in scriptura sacra quicquam*

*aliud attendendum. Spes suas in ope diuina minime po-  
venies, tantum uim in chartis inesse credūt. Sanè C bri-*

*stus uoluit suum Evangelium publicè prædicari, non  
quod mortales multa scriptia manibus ferrēt, sed corum*

*sensa mente perciperent, memoriaq; tenerent, ac age-  
rent quod per ea iusfi essent, hoc est, à Deo tam cor-*

*poris quam animi salutem expectarent. P O L Y.*

Bene

Bene reprehendis, beneq; admones. Ceterum quotusquisq; est, qui contemptui artem habeat, in qua doloris magnitudine aliquando ciuilans repererit auxilium, quod dies noctesq; exclamauerit? Illud meber culos est: quamobrem etiamnam sim, qui incantationibus fidem ex eo minus abrogent, quod compertum habeant eas leuare agrotantes: nam in emisione sanguinis ex naso, vel ex uulnere, praesens remedium carmen esse solet. Sic Homerus scribit. Ulysses accepto uulnere in femore, profluum sanguinis cænatione cohibusse. Ita dolor capitis, ita dentium, ita febris sedatur, mutigatur, tollitur. R O B. Sed quanta pars laborantium morbis leuat? P O L Y. Bene magna. R O B. Quare non cuncti, qui ad eos maleficos inedicos, incantatores, consurgunt? P O L Y. Ilibuc perinde me fugit: ac certo scio, incantamenta nonnumquid esse ihs leuamenta qui morba quopian tentantur. R O B. Aiu te certum scire! Nam cōstat tibi de morbi aut doloris longinquitate, gravitate ue, seu subita leuatione? Nam id sepe accidit in corporibus affectis. Quod si no affirmabis, affirmabis aut nequamquam, ni uolueris spōte mentiri, queram ex te, potest ne ita usu uenire, ut agrotus ex ipso temporis puncto incipiat belle se habere, quem quis ad recitationem carmen agreditur? Quod si negabis etiam: quicquam diligentie, quicquam curationi, quicquam denique naturae tribuendum negabis. Ecquis enim sui adest negligēs est, qui quem corporis aduersari ueritatem primo quoq; die non abslineat a quotidianiis cibarijs, deinceps non adhibeat remedium aliquod, postre-

mō non curat naturam corporis sublevandam purgationibus quām multūq; gibis? At dices: Ante omnia recursum est ad incantationes. Fac ita esse, per hoc tamē nō stat; quin levatio morbi doloris ut quæ at sua sponte sequi, ob abstinentiam ciborum, pabulūq; in iumentis idem accidit, quando in eorum quoque curatione incantamentis utuntur. Et deinde cibis, ea remedia inueniunt, hoc est, invocare uideantur agrotentis: remedia inquieti, que, autore tuo Plinio, prisci illi idolorum cultores, à quibus pestifera ars manauit, negabant pro desse posse, si prius in mensa deposita fuissent, quam adhiberentur: adeò facile inutilia fiebant. Caterium dico incantamenta ista inuere nunquid, quod in ijs nī ucri, nī sancti, nī firmi sit, nam incantatorum genus nemo nescit esse longè post homines natos ualde empirium, ualdeq; improbum, ac fraudulentiū, qui dæmonium nomine, non item Dei, artem scleratè exercent. idq; prelio faciunt: qui uerba ignota malitiose usurpant, qui notas et figuræ initiar deorum simulacrorum nefariter adorant, qui uariarum rerum imagines, item annulos lapidesq; uelut sacra artis instrumenta habent, qui in ligandi, soluendi, tangē diq; modo spem solidē ponunt, et postremo confidenter petunt, plurimū à Deo minime petēda. Nōnne proinde dementis est, non modò existimare, sed solum uare quicquam propitiū ab istis ueritatis, pictatis, ac iniustie hostiis proficiere posse? Neq; igitur ualcre tam importunam artem aliter credas, quam ad fraudē et que dæmoni similiiter petentium ab ea auxilium: quippe qui pecuniam disoluunt, quād deludantur, sicut spes frauden-

frudentur: ac ad ruinam exercemunt, qui à principio per baptismus filij Dei effecit, ita tandem sese malorum demonum amictis dant, atque demouent: qui supra vires, contra naturam, diminare, morbos curare conati, si tale quid prestare posse se persuaderent, nō animaduertunt sibi sic male agentibus semper prestò esse dæmones, qui ipsos in maleficio detincent, ut ne aliquando resipiscant. Ac tantum abest, ut ars longè insidiosissima cuiquo prodesse possit. Quid, quod incantatores si quid omnino efficere posse uidetur, totum id nefarij demonum machinis assignandum, nemio sane mentis ambigit? quia illi nihil non semper student, ad eorum bonum perniciem, qui à ueritate recedentes, sese modis omnibus ire perditum nolunt. Sic eius tetræ artis studium cum primis exitio fuit Bæbylonie cincti, que ad ultimum à Cyro rege sub Persarum imperium redacta est. Esdras capite xlviij. Venient tibi duo bac subito in die uincitilas, et uiduitas, propter maleitudinem maleficiorum tuorum, et propter duritiam incantatorum tuorum. Et subiicit: Sta cum incantatoribus tuis, et cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid proficit tibi. Quam ob rem sapienter Moses suis Hebreis precepit, quemadmodum in Dent. est, ut incantatores omni tempore exterminados curarent. P O L Y. Viciisti me propemodum his tuis multo equidem bellissimis argumentis, quibus cunctaque ad artem pertinent, recte metitum, natusquam possit inchantmentibus quicquam tribuare. si te pro rei obscuritate, non te debet dilucidius docere: nam

super

nuper demonstrasti vulgo traditum, Marsos esse solitos carminibus coercere serpentes: nunc autem uenit mihi in mentem, illud esse quam utriusque, quando ita est in psalmo lviij. Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis furor, et obturantis aures suas, que non exaudiet vocem incantantiū. Hinc ergo uidere licet, incantamēta aliquid omnino ualere. R.O.B. Imò nibil, quod uno concludam argumenta. Iam satis constat, istas maledicas artes esse demonum instrumenta, quibus illi ad nocendū duntur utentur, ubi libet, si liceat. Quippe serpentes, ut tibi ad rogationem tentū respondcamus, contrahūtur carminibus, quam Deus permittit: at non item, quam per D̄cum minus licet, id quod testatur Hieremias de Hierosolymis excidio, ita capite oclavo scribens: Ecce ego mittam uobis serpentes mortiferos, quibus nō est incantatio, et mordebut uos, ait Dominus. P O L Y. Evidem satis fermè mihi ad unguē fecisti. Item aliud positulo. Quid, oro, canse est, cur serpens magis ceteris omnibus animatibus obnoxius sit incantationibus? R O B. Veniat Phœbus, et tibi hos soluat nodos: aut ueniat in mentem Vergili, qui uerē ait:

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas. ..

Huncine modū uis tenere in disputando, ut nibil tam dē concludamus! Sed ne tibi uidetur indoctior, quod in buccā uenerit respōdebo. Ferūt id supplicij constitutū esse serpenti, quod, ut ualde noxiū animal, idoneus uis sit diabolo, cuius personam indueret, ad Euam priuam parentem circumueniendā. Item ob illud ipsum etiā demones plurimū posse in Venerem, quia prima peccati

peccati corruptio, que bono factus est particeps cul-  
pa, nos per Venerem genitricem peruerterat. POLY.  
Nil hercle uerius, nam sunt ubiq; gentium, qui can-  
tionibus maleficiis facili redditant quem uelut hominem,  
multo segniorum ad Venerem: cuius sanè rei si modum  
scirem, permagno liberarer scrupulo. R O B. Non  
modum, sed pestis causam querar: demon enim quum  
spiritus sit, potest hominem usq; prohibere: item infla-  
mare, languefacere, eiusq; cogitationem in qua omnis  
propemodum rei uenerare uis maxime consistit, sepe  
auertere. Qui igitur uult hominem oppressum pre-  
stigijs istiusmodi, demones ad id facinus edendum inuo-  
cere necesse babet. At mulieres in primis talibus ar-  
matas beneficij, permultos in dies singulorū perdunt  
infantes, partu' ne informatos suffocant, similiter fru-  
ges enecant, atq; fontes inficiunt: ac deniq; in eo malefī-  
ciū genere plus multo nefarie uetulae, quam uirorum  
quisqua, ualere dicuntur. P O L Y. Cur ita? R O B.  
Quia mulieres partim ob animi leuitatem, sibi innata-  
m, partim ob imprudentem credulitatem, nescio quo  
patho a demonib. faciliter bisce obligantur sceleribus  
Sic Ena mulier magno suo pariter atq; suorum mele-  
desipuit, ita uolente Deo. P O L Y. Inquis talis  
fieri flagitia, permisit Dei? R O B. Hanc dubie.  
P O L Y. Quam ob rem, obsecro! R O B. Vbi est  
acumen tuum, qui ignorare uideris, iudicie Dei facile  
nos latere? Dicam tamen. Deus enim non unius uel al-  
terius duxerat, sed universorum mortalium custos  
rectorq; est: qui, quemadmodum natura facit, que ex  
prefactis granis frumenta producit, permittit me-  
lum.

lum accidere, ut ex eo bonum colligat. quod testatur Augustinus in suo Enchiridio, ita scribens: Neque omnipotens Deus alio modo sineret mali aliquid esse, nisi usq; eò esset omnipotens, & bonus, ut beneficeret, & de malo. Sic nempe prouidet Deus, summum nanque malum semper iudicatum est: ut homines per carnificem cruciatus, bestiarumq; laniatus, uitem fuissent: attamen ex eo numero, Deus suos martyres per beatos fecit. P O L . De his recte, perinde atque satis. Sed adhuc aliud ex dio querens rogo te, an in ijs carminibus sit modus aliquis, quem nostra non accuset religio? R O B . Is prospic, quem Christus suis dedit Apostolis, apud Marcum dicente: Signa autem eos qui crediderint, bœc subsequentur: In nomine meo demonia ejicient, serpentes tollent, super agrotos manus imponent, et bene habebunt. Hoc in prius modo Iesus diuus Petrus, Hierosolymis sanavit hominem claudum, iniquicuus: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Exstat his storia in Actis apostolorum, capite tertio. Eodem quoq; modo Ioppe pulcam nomine Tabitham, id mortuam ab inferis excitauit: nam uir sanctus accepit ad corpus exanimatum, & positis humi genibus, ubi orauit, inquit: Tabitha, surge. Paulus itidem apostolus, multis passim tota Asia sanatis, à demonumq; molestia liberatis hominibus, postremo in Melita insula propter Siciliam sita, Publum hospitem suum, uitrum primarium, febre & dysenteria tentata, postquam orauerat, manusq; impo fuerat, sanauit: eog; loci uiperam, à qua in manu mulius repetit accepserat, sine ulla uite offensione, in igne excusit.

extenſit. sed ne multa, poſſem enim ſexcenta reſerue  
miracula, hiſce modis culpa, quibus etiam nunc noſtri  
ſacerdotes utuntur, quem preſeruum uolunt eiſcere  
demonē, qui hominē teneat, aut egros curare, apoſto-  
lorum more, qui, teſtis euangelijſta Marco, cap. ſexto,  
uel illis erat, ut uagerent oleo multos egratos, atq; ſe-  
narent. Et hic modus quē ſcire auebat. P O L. Mi-  
rificē certè omnia: at ne illa in re mox baſitem, ſcire  
amplius opto: Datūr ne uniuersi, ut pro ſuo iure aſſe-  
diis opītuletur hominū corporibus! R O B. Dau-  
tur uiris eque corporis, ut animi longē integrimis.  
alijs uero ſi aſſi faciunt, fraudi eſt. Sie Lucas tradit, o-  
lim malo fuſſe nōnullis apud Iudeos, ſcribens: Tenta-  
uerunt quidam de circumueutib⁹ Iudeis exorciflīs,  
iuvocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos, na-  
men Domini I E S V, dicentes: Adiuro uos per I E -  
S V M, quem Paulus predicit. Erant autem quidam  
filii Scœne Iudei principis ſacerdotū septem, qui hoc  
faciebant. Reſpondens autem ſpiritus malus, dixit eiſi:  
I E S V M noui, & Paulum ſcio, uos autem qui eſiſtis  
Et iuſſi in eos homo in quo erat demoniū malū, in-  
uaduit contra eos, ita ut nudi & vulnerati effugerent  
de domo illa. Sed audi Christum ipſam de ea re apud  
Matthēum docentem: Multi dicent mihi in illo die, do-  
mine, domine, pón ne in nomine tuo prophetauimus,  
demonia cieciimus, uirtutes multas fecimus! El tuſc  
confitebor illis, Nunquam noui nos. P O L. Cur Iſe  
taſiſ datur facultas? R O B. Illud tibi eō loci diuinus  
explanaſ Hieronymus, inquiens: Prophetare, uirtutes  
facere, & demonia eiſcere, interduum non eius merūt  
L eſt,

est, qui operatur, sed vel inuocatione nominis Christi  
hoc agit, vel ob condemnationem eorum qui inuocat,  
et utilitatem eorum qui uident et audiunt, concedi-  
tur: ut licet ali⁹ despiciant eiusmodi signa facientes,  
tamen Deum honorent, per cuius nomen tanta edan-  
tur miracula. P O L. Sunt hec quidem magna, ad  
terrendos mortales, ne quid rei habeant cum caco-de-  
monibus: quo circa ut eiusmodi noxie umbra minore  
negocio à nobis caueantur, ad prima redire libet. Ita-  
que mihi charissime Roberte, dicas, te ambo: Fallebant  
ne semper, et unquam ipsi fallebantur demones! R.O.B.  
Bone Deus quam felixas, imo atque adeo ( bona tua  
uenia disterni ) infelix, urges, perinde quasi iam di-  
nos deficiat, quam Sol nundum precipitet, et me ta-  
men precipitem agere uelle uideris. Daemonum falla-  
cias tibi amica me patefecisse putabant: sed quia habi-  
tare uideris, accipe eorum commentū unum ex senen-  
tis, inaudite fraudis plenū. Roma, teste Liulo, libro ab  
Urbe cond. secundo, ita nraerūt, ut ludi Circenses  
eo ipso die facti sint, quo bene manū seruus quidam à  
patremiliis cesar est. Quare statim post cuidam A-  
tinio plebeio homini somniū fuit, quo à Ioue monitus  
fertur, ut Consulibus eim nomine diceret, ludos quam-  
primum esse inservandos. Is propterea quodd suis dictis  
fidem nraimē habitudinē iri suspicabatur, tacuit: qui  
paucis post diebus filium amisit: cui deinde ob mor-  
tem filij in mortore iaceenti, in somnijs illa eadem ima-  
go nra est interrogare, sat' ne magnam haberet spre-  
tu numinis paenam, ac iam mortem intentare, nisi man-  
data properè exequentur. Ille tamen contabatur,

quān-

quum subito est tanta affectus debilitate, utflare non posset: tum amicorum consilio permotus, ad Consules lectione defertur, ac ad patres decessit, narravit sonnum. Quo facto; domum suis pedibus rediisse dicitur. Ecce demonum flagitium. Eorum aliquis praeditus Atinum anissarum filium, atque mox captans membris cōualituru, ei in insomnijs adfuit, quo sic Rōmanum populum in religione maximē omnium delirantem, maioribus circumfundetet tenebris. Item ali dito Origenem, qui super Numeros, homilia i e. breviter cunctas ipsorum demonum nefarias artes prodidit, inquiens: Hec ergo omnia, id est, sine angustio, sine extispicium, sine quelbet immolatio, sine etiam sortitio, aut quicunque motus animal, uel pecudam, ex inspectio quecumq; fibrarum, ut aliquid defuturis videantur offendere, operatione demonū fieri non dubito, dirigentium uel animal, uel pecudum, uel fibrarum motus, aut sortium, secundum ea signa, que docuerint idem demones observari ab eis, quibus artis huim sc̄ientiam tradiderint. P O L. Ars ergo augurandi, demonum inuentum est! R O B. Est utiq. P O L. Atqui hoc non sentit Hetruria, que illud cuidam Tagi apud se, subito ex terra nato, assignat: id quod à me libro de Inuentoribus rerum primo est explicatum dilucidè. R O B. Verum dicit, dilucet eam esse fabulam. Sic ex lapidibus homines factos tradunt. Vergilius: — Quo tempore primum

Deucalion uscum lapides iaffauit in orbem,

Vnde homines nati. —

Nam ante Tagem, per Moysen lege exceptum est, ne

L 2 quis

quis se ad huiusmodi maleficas artes applicaret, ita in  
Leuitico mandantem: Non diuinabitis, neq; augura-  
bitini, neq; adiungemini ad incantatores. Et in Deu-  
teronomio: Si introiceris in terram, quam Dominus  
Deus tuus dabit tibi, non disces factre secundum abo-  
minationes gentium illarum, neq; diuinans diuinatio-  
ne, neque sortiens sortibus, neque maleficiis, neq; in-  
cantator, neque portentorum inspector. P O L.

Ista omnia si Deus abhorret, non videtur nisi pri-  
denta futurorum recte appelleri diuinatio, que, ut  
Grammatici definierunt, fit a diuino verbo, quod est  
auguror: quia Dei propriū est, futura prædicere: nam  
a diuino, quod diuinum significat, diuino verbo deduci-  
tur. R O B. Perinde ego medius fidius in hacre te-  
cum belle consentio, atq; cum Origene, qui homilia  
quae paulo ante recitamus super Numeros, hāc di-  
uinandi, ut ita dicam, delyrationem, per antiphrasim  
diuinationem dictam existimat. Et diuus Hieronymus  
in Commentarijs in Michæla, cap. tertio, ait, diuinatio  
nem apud sacros autores nunquam in bona accipi per-  
tem, quod in canibil diuinitatis, sed plurimum bona-  
rum mentis disperditionis insit, nisi caecatur. P O L.  
Usque adeò caecendum ducis istam artem? R O B. I-  
mō nibil magis: quando demones non alijs armis nos  
circumsident, oppugnant, urgunt, quod tandem iactos  
perderem. P O L. Perdant Iutinam non magis no-  
stre affectiones darino essent. R O B. Affectionis, si  
volumus uti ratione, nobis diuinitus data, facile mode-  
rabimur, quem illi nos negligentes diuexare soleant: at  
isti peruersi spiritus non item, qui homines alto somno  
sopitos

sopitos fraudulenter aggrediuntur. P O L . Rati  
in omni memoria hominum inauditā narras. R O B .  
Sic arbitrare sed tibi credibilis fiet, ut opinor . Nos  
enim quā omnes cibo & uino ad quietem imus, sole-  
nus somniare, ac somniando plurimum confusa, per-  
turbatāq; cernere. Quo uiso, postquam nosmet colle-  
gimus, quā interdum perierat, ecce tibi subi-  
tō d̄emonum impulsu, illud hanc pro nihilo haben-  
dam rati, non somniū causam, sed enītum stultissimē  
querimus. Nō ne perfidiosē sunt eiusmodi insidie,  
& perpetuū certamen, quā per istos animorum no-  
strorum hostes, nō liceat etiā noctu quiesceret P O L .  
Acutē pariter atq; copiose dixisti: sed in mea perma-  
nē sententia, longē maius nobis bellum aduersus affe-  
ctiones, quācum spiritibus esse, quod iij foris malam  
machinatur, ut illae intus conuenienter insidentur,  
quemadmodum in nostro in Dominicā precē com-  
mentarijō perspicue docuimus. R O B . Tibi non  
adstipulatur Apostolus Paulus, qui aliud atq; tu cen-  
ses edocet, ita ad Ep̄besios scribens: induite omnia ar-  
ma Dei, ut possitis stare contra persuitias diaboli: quo-  
niam non est nobis collectatio aduersus sanguinem &  
carnem, sed aduersus principatus, aduersus potesta-  
tes, aduersus mundi rectores tenebrarum barum, ad-  
uersus spirituālē nequitiae in ecclesiis. P O L . Ad-  
uersus potestates, inquit Paulus: Ecquid sibi uult hic?  
habent ne demones potestatem nocendi? R O B . He-  
bent. P O L . A quo? R O B . A suo principe dia-  
bolo. P O L . Secus atq; tu, sit ipse Apostolus alibi:  
Non est potestas nisi à Deo. R O B . Longius quām.

L : scitu

scitu opis est procedis, aliumq; rerum causas sic queritando ascendis, quām ut nos humi strati postimus suspicere. Sed ad rogatum tuum illud scitis sit, ut nos aliud quidem usq; ad bonorem, aliud verò ad ignorātiū usurpamus, ita demones isti postremo facti sunt omnī um scelerum uasa, qui, iestē diuo Hieronymo, talia officia sortiti sunt, ut essent rectores tenebrarum, quod esse lucis principes noluerint: ac sic ex voluntate, alij ad alias artes bonas, malas' ne se se applicarunt. P O L . Salsissimē equidem: certarū non committam, ut tibi causam deviandi aliquam dcm: ergo ad prima revertarū. Satis accuratē paulo ante docuisti, quemadmodum demones fallant: nunc restat, & consequens esse uidetur, ut à te expetim, quomodo fallantur, quam ratione superē mobilitatis ad est, aerei corporis uti nuper dixisti, tam acutē presentiūt, ut decip: uox posse existimētur. R O B . Non te fraudabo tam iusta expectatione. Haud semper, autore diuo Augustino, ita cadunt res, ut à demonib; praevidentur, quod summi rectoris orbis consiliarij non sunt. Cuius rei exemplum sit hoc expositum. Quum Imperator iubet moueri castra, omnes milites de itione cogitari, cariū futurā presentiunt: & tamen se penumero accidit, ut non sequatur, imperatore eodē temporis momento, ex causa mutato consilio, aliter iubente. Verbi causa: Cum populus Hebrews, duce Mose, ex Aegypto in patriā rediens, iter per loca inculta saceret, iustū tum sagaces spiritus potuere iuxta prænoscere atq; predicere, cum populum modis omnibus fane suffocatū iri: cum repente Deus pro sua

pro sua benignitate suppeditauit eibam, quem manum vocant. P O L.: Non omnia igitur isti dij gentium sciunt, quem eos prouidentie divine consilia crebro furgant. Sed redde mihi, an alio fallantur modo. R O B.: Faciam Polydore ut uis, si modò inibi in mente uenerit, multijugum illorum delyramentorum. Solent item demones in presensionibus naturalibus ballucinari. Exempli causa, recitata sit hec historia. Quam Ezeebias rex Iuda grauiter agrotaret, & Deus insisset. Esaie prophete, ut eius uerbis morte nūciaret: iam tam perinde demones ut medici diuinare poterant, ita futurū, ut ille ex morbo minime conualeceret: quam tamen ecce Deus precibus placatus, tantum absuit ut regem obire mortem permiserit, ut etiam in aliquot annos seruerit. Falluntur præterea, cum gubernatorib. nauā, ubi ex improviso uenti naliide flumes deponunt. Ita Scrutatorem sedasse tempestarem, legimus apud Lucam scribentem: At ille surgens increpauit uentum, & tempestatem aquæ, & ceſſauit, & facta est tranquillitas. Item cum agricolis quoq; circuſcribuntur, decipiunturq; ubi nū in Dei, cōtrā atq; signa naturalia significat, subito fit temporis iminutio: qualē Iosephus libro Antiquitatis Iudaicæ decimo octavo accidisse tradit in India, ubi quū propter siccitatē iā fruges despetarēt, præter omnīū opinionē pluere ceperit, eo ipso die, quū summa bene mane serenitas extiterit, duraueritq; catenuit, quoad pluvia diuinitus manarit. P O L.: Sed ne plus tanunc, quia iam coenandi hora penè obrepſit, quā uis peruelit, ut breuiter de varijs diuinandi modis

generatim diceremus, quò tandem tota divinatio perfracta uideretur. R O B . Ponis tu modos in diuinandi amentia? P O L . Amentiam uocas diuinandi artem? R O B . Etiam: quid enim insanius potuit bonum uincibus aspergi, quām ut studio querendi futura, per nefarias artes, tenerentur? quām presertim illud ex iūs uostro non esset, si Stoicis credimus, qui omnia fato fieri dicunt. Si enim sciremus futura mala, que nullo consilio uitari possunt, iam antē nos metu cruciando omnis superioris uite fructum perdere mus: Sim uero bona praeuideremus, totum illud expectationis tempus graue nobis foret: et quām cucurrit, minus multo grata existerent. Atq; sic ignoratio futurorum utilior est, quām scientia, quā illud nobis modis omnibus negatum sit. Quare Plato in Timao sentit, divinationem à Deo datum hominibus errore memis dūntaxat affectis, et id quidem meo iudicio, recte: multiq; prudētis esse, ea postea interpretari, que ab ingenio ita suriente p̄dicta essent. Igitur in divinacione, uti diximus, nullus potest esse modus, sed potius mētis error. P O L . Perbellè argumentaris: ea de re non erit dissensio, de qua proximo libro max plura: quāquam Aristoteles in eo libello, quem de Divinacione per somnum scripsit, sapientis, non item insani esse diuinare probat: tu pergas, oro. R O B . Principes deuotorum sectæ habentur, quos magice artis peritos appellat: iij se se à primo demoni amicitie dant, deuouentq; quare freti, eos consulunt, deuocant, mortuos interrogant, umbras excitant, qui necromētes dicuntur. Sunt et alij id genus malefici artifices, perisq; flagitijs

flagitijs affines, qui vocantur ebiromantes, quod ex linearum que in manibus sunt inspectione diuident: qui hydromantes, quod ex aqua: qui geomantes, quod ex terra, seu figuris in terra descriptis: qui pyromantes, quod per ignem: et qui aeromantes, quod per aerem, id est, per avium uolatim, aut procellas. P O L. Bene profectio res se habet, propterea quod arti istae in primis lege uicta, iam pridem apud nostros obsoleverunt. R O B. Credim' tu obsoleuisse, cum nonnihil etiam nunc uiget: uiget autem apud stultos, quibus tanta incit animo insulsitas ac infestas, ut facile credant istis nebulonibus post homines natos pessimos, qui bonam etatis partem in eiusmodi maleficij superstitionisq; nebulis uersari, questus faciendi causa, uni omnia eius occulta depronare contentur: alteri prosperitatem, alijs diuitias, honoresq; futuros mendaciter promittunt, atq; sexcentas in credulos fallacias intendunt. Nam quotam putas quang; rem eueniire, predictum ab istis? Et tamen sunt qui arti fidem habeant, et presertim infelices, ut multo infeliciissimi sunt, qui quem amiserint aliquid, ut de alijs taceamus casibus, nihil potius agendum patent, quam hosce adire necromantes, et furem indicari, sperantes dare eis pecuniam, quod sic delusi damnum suo danno addant. Illi enim callidi impostores, postquam intellexerunt quae bonis nudati suspiciones inserviant, ad quosq; crimen pertinere opinentur, tum ad artem redeant, suos demones consulunt: et demum ut fraudulentissimi, neminem unum hominem indicantes, tantum suspicções inicidas confirmant. Tum miseri confirmata opinione, domum aduolant, omnia re-

volunt, examinant, huc illic concurrunt. At si forte indicium aliquod fiat, surue in manus incidat, id totum non Deo iniuriarum nostrorum vindici, neque suis diligentie, sed arti duntaxat tam stultissime quidam ne noscere assignant, acceptumq; referunt: que et si omni tempore, non modo alijs, sed ipsis artificibus inuenta est uana & inutilis, quem homines malitia in primis egestate perpetua premantur. P O L. Recte sancte admones canenda sapientes: ceterum reliqua persequere, quam brevissime potes. R O B. Erant qui secundum artem animalium fibras, qui canem, gibus, volatus animalia notarent: qui terræmotus, fulminaq; obseruarent: qui duce natura, somnia interpretarentur, qui deuq; ex oraculis uaticinarentur. Ipsi uates responsa dabant, edocet uocibus demonum, qui eas narras, confusas, obscuras & incertas, de simulachris, circa que uerbarantur, tanto artificio edebant, ut quomodo cumque exitus rei caderet, is certe predi-  
ctus uideretur. P O L. Verè ac probè explicui-  
fi, que à te expellaram. cetera in proximum  
sermonem nostrum referuanda puto. Ac ita  
exenatum camus. R O B.

Fiat quod iubes.

L I B R I P R I M I F I N I S .

P O L Y-

POLYDORI VERGILII VR.  
binatis, Dialogi de Prodigis,  
liber secundus.

P O L Y D O R V S.

**F**acta iam rediuita, sumptoq; ientaculo, uis' ne  
sub bac uite, nostri hortuli obumbratrice,  
seruoni reliquo operam demus, sedentes! R O B.  
Quid mi<sup>t</sup> nam ad te ea de causa diuerti, ut que ad  
quietem animi, delectationemque queruntur, in  
in ihs acquiescerem. Et quia mibi in presentia, cu-  
ra pariter ac negotio uacanti nihil incundius esse  
potest, quam de eiusmodi rebus tecum confidere,  
quod h[ab]eterno dic informauimus de prodigijs, opus  
libentissime absoluendum curabo. Sed ei nihil ante-  
uertas rogo: nam heri mirandum in modum, rem  
exiraxisti, sic, ut minus per tuas multipliæ que-  
stiunculas licetum fuerit, ad umbilicum, uti dicitur,  
perducere. P O L. Faciam porro quod cupis,  
si prius tamen unum quesivero, quod omnino nostra  
disputationis caput est, quomodo quis posset interno-  
scere præscriptiones, uisionesq;. R O B. Ego sane  
sic fore animo cernebam, uelle te more tuo, nouis argu-  
mentationibus nostrum sermonem plus nimio uocari,  
interponendo quod minus aliquando ad rem nostram  
conueniat. P O L. Nihil institutum sermonem mo-  
ror, nec ei quicquam interpono: quandoquidem con-  
sentaneum est, ut prius aliquantisper cōcionemur, quāns  
nos in piam narrandi prodigia demus. R O B. No-  
sce

sco te intus & in cuncte, ut aiunt. Si semel in disceptationis campū me traxeris, necesse habebit tecum diu oblietari, adeò lepidè ac sagaciter scis causas inuestigare, quamobrem in certamine quempia retineat. Quare, amabo te, agito partes tuas, incipe, atq; pergeremus ita exponere speciationem id quod ad rem nostram pertinet. P O L. Id quantum committi animo, quantum labore contendere possumus, sedulò facere infinitum. Qnum disputando ad somniorum visiones uenientium sit, que nobis aut per quietem, aut per merum, aut per insaniam, sunt, in animo est querere, que tam probari possint uera uisa, quam falsa refelliri propterea primum omnimum oportet ponere regulam ueritatis & falsi, si utriusq; notionem illam habere uelimus, que distinguunt possint, que à Deo missa, que in somniis uidentur, queq; oraculis, auctoribus & extis in anima decarentur. R O B. Est quisquis, qui huiusc rei possit querere ueritatem? P O L. Ego a te adiutus: et bac mihi causa est, quare te audiam libenter, si tibi potior causa non sit, cur recuses. R O B. A me ueritatem indagandā, quam natura, ut scilicet ait Democritus, in profundo penitus abstruxit, auxilium expectat! Moriar, si ambo id ullis ingenij facultatibus excepti possimus: de hac enim una re philosophi antiquissimi inter se summopere dissentiant: theologi uero nostri maximē laborant, anguntur, sudant. Illi etenim sic argumenta sua concludunt: Eorum que uidentur, alia uera sunt, alia falsa: Et quod falso, id percipi non potest: quod autem uerum uisum est, id omne tale est, ut eiusmodi etiam falso posse uideri: Et que uisa sunt

sunt eiusmodi, ut in ipsis nibil intersit, non posse accidere, ut eorum aliqua percipi possint, alia non possint. Quibus omnibus rationibus uolunt efficere, que uisa sunt ueris adiuncta, esse falsa, que a ueris nibil diffent: et deniq; talia esse, ut non possit ingenij acies ea comprehendendre. Hanc autem definitionem Cicero in Academiciis questionibus facile refellit, conuincitq; autores, ita respondens: Qualis est istorum oratio, qui omnia non tam esse, quoniam uideri uolunt! Maxime autem conuincuntur, quum hec duo pro congruentibus sumunt, tam uebementer repugnante: primum, esse quedam falsa uisa: quod quam uolunt, declarant quedam esse uera. deinde inter falsa uisa: et uera nibil interesset. At primum sumpserat, tanquam interesset: ita priori posteriorius, posteriori superiorius coniuicatur.

Sic Cicero argumentatus concludit, ad uisa discernenda opus esse perspicuitate et diligentia: quando perspicuitas eam habebit uim, ut ipsa per se, ea que sunt, nobis ita ut sunt, indicet: diligentia uero facit, ut firmius in perspicuis maneat, sine qua, prestigijs quasi quibusdam obsecrati, actijs, facile ab his que clara sunt, de pelli possumus. Verbi gratiae. Solct quis in uigilia sibi aliquid fingere, ac longa cogitatione depingere: qui simulac scipie comovit, atq; ad se reuocauit, sentit quid intersit inter uera et inanis, si perspicuitatis diligentiam adhibeat. Itidem faciet, si eadem in somno extiterint. P O L. De ueris et falso uisis, infra siue loco commodius disputare poterimus. Iunct autem omnem nostrae disputationis ueruos co ntendere nos debere existimo, quo discentiamus, quomodo diuinæ prentiones

tiones inter nosci queant, ut ne ueri cognitio per dei-  
monum fallacias conturbetur: quis factis constat, tam  
comunitatem esse naturalibus praesensionibus cum di-  
minis: quam superstitionis cum curiosis. R O B. Vbi  
est communitas ueri cum falso, ibi nullum erit iudici-  
um: quoniam proprium in communis signo notari non  
potest. Atque ut uidere videor, per difficulter id quod  
agis, planum fiet. P O L. Imò nullo fiet negotio:  
nam uno uel altero modo, aut quod queruntur,  
probabile ex illo: aut saltem notam aliquam ueritatis  
babebitum, si modo libuerit ingenium, quod tibi lon-  
ge sagacissimum est, intendere. R O B. Quid mul-  
tati intendam sedulò. Sed heus tu, noli mihi proponere  
uistiones amentium. quatenus enim hec nobis perira-  
bita sint, perquam diligenter uidendū est, ut ne cum  
in sanis insanare uideamus. P O L. Phrenetico-  
rum, ebriosorum uel monstra abhorres! R O B. Ab-  
horreo ita quā, simulq; audire, nēdum referre pudet:  
quot etenim somborinas, ut Varronis acerbo utar, hinc  
genes affatur! et præcertim illi, qui quo magis delyrat,  
eo frequentiora cum diis colloquia babere se aut fin-  
gunt, aut credunt. Credunt autem complures, &  
maxime omnium monachi nostri, uiri simpliciores, aper-  
tioresq;: quorum nonnulli, ut sepe accidit in tanto de-  
nudatorum grecorum, cum te dio uite, quam artibus vacua  
degunt, tum paucitatis uotorum, que ferme à pueris  
inconsiderate fecerunt, affecti, sui consolâdigratia, se-  
scadanda responsa accommodant, & nunc amico-  
rum nomine de nuptijs faciundis, nunc de habendo iti-  
mene, nunc de bello gerendo, de mortuorum statu, de ui-

NOTAM

sortum futura felicitate, de cuius gallinae subiiciendis,  
de onium partu, ac subitis rerum mutationibus, deos  
confidunt, qui de monum præfigijs obceccati noctu in  
caelum rapiuntur, coelites aderant, responsa reportant,  
et nomine sanctitatis clati, sua nisi amicis patefaci-  
unt, id quod suorum levitatis atque erroris indicium  
est. Ista ergo, et istius modianitatis plena, nostrum  
queso, non impedian sermonem, quem in multum  
tunc diem produximus. P O L Y. Ioculatoria  
haec, que inter sermocinandum nos paulo ante labo-  
re atque itinere disputationis defessos, iuxta delecta-  
re atque recreare possint, missa facienda indicat  
R. O B. Sic sane. Nam non est ponendum tempus  
in hoc iocii genere, quod nequaquam facetum, sed  
flagitiosum duco: quando non perum multi etiam  
nunc imprudentes se in de monum laqueos precipi-  
tes agunt, arbitrantes a diis precepta accipere, que  
a malo genio habent. Quid, quod mulierculæ quo-  
que nostre, presertim monache, more suo semper  
credule, non uerecundantur se interdum fatidicas  
profiteri, quam misere ab ipsis demonibus circum-  
uenient, non animaduerint fraudem! Et quia labi, er-  
rare, falli, tan turpe est, quam perniciosum, non est  
quod prosequamur uisiones eiusmodi natu, qui plane  
mente capiti, nibil certi presentiunt: quod infra satis  
constabit. P O L. Tute proinde constitutas re-  
gulam, ne nostra fluctuet disputatio. R. O B. Fa-  
ciam. Quinq; somnijs specier, teste Macrobius, sunt. id  
est, insomnis, quod accidit, quem cura studium ut cu  
inspiam rei, quod uigilantem tenuerat, mox dormien-

tem inuadit: quis, ut ait Cicero de ſomno Scipionis, ſie ſepe ferē, ut cogitationes ſermonesq; noſtri pariant aliquid in ſomno tale, quale uigilantes cogitauerimus. Locutus ſimus. Altera ſomniū, quod eſt figuris teſtum, ita ut fine interprete, qui artem caſſeat, intelligi non poſſit. Tertia phantasma, quum quis ſemisomniſ uideat in ſe formas uarias latē vagantes itruere. Quarta oracula, quum per ſomnum persona grauiſ, aut Deus ipſe quicquam ſaturum eſſe ſine uti bonum faciēdum, malū ne declinandum denunciat. Quinta uifio, cum id perinde euenit, ut cernere uifi ſumus. Ceterum noſ, ut hactenus fecimus, iſta omnia commode modō uifiones, quas Greici (teſte Quintiliāno) phantafias uocant, per quaſ rerum abſentium imagines animo preſentan- tur: aut uifa, que noctu pariter atq; inter diu accidunt, appellabimur. P O L. Difſinſio uifionum, ac con- cluſio, item ſermonum lex mirificè placet: itaque reli- quam eſt, ut de modo tractetur, quo uera uifio à falſe diſcerni poſſit. R O B. Id paucis explicabo: uera enim uifio eſt, que nibil in ſe falſi: falſa uero, que ueri habet in ſenibl. P O L. Bella ſane concluſio, uel po- tius iocatio. R O B. Qui malum uide or tibi nugati, ſi quod rogar, tibi reſpondeo? P O L. Alīnd ro- go reſponſum. Quonodo id uerū falſum ue eluebit? quonodo conſtabit mihi, id quod p̄adicitur, an à Deo, qui uerax eſt, ac idecirco, ut Plato de Repub. ait, haud quenquam per uifiones, ſeu ſigna decipit: uel à diabolo, qui eſt mendax, proficiſcatur? R O B. Nō facile utique conſtabit. opiu nempe eſt diuina ope, ut quis cuius rei intelligentiam habeat. Sic Origenes bo- milia

milia tertia in Exodum testatur, inquiens: Vide quid scriptum sit de Iuda, quomodo referatur: Quia introiit in illum satanas, et quia misit in cor eum diabolus, ut traderet Dominum. Ipse ergo aperuit oscium, ut loqueretur cum principibus, et phariseis, quomodo eum traderet, accepta peccutia. Vnde mihi videtur non esse parvae gratiae, intelligere os quod aperiat Deus, et intelligere os quod aperiat diabolus. Non est sine sancti spiritus gratia, huiusmodi os et uerba discernere. Hec ille. Hinc extiterunt prophetae Dei ueri nuncij, qui futura predixerint: nam futura que prenorant ( aliter enim prophetia nominanda non est ) predicebat a Deo edociti: id quod affirmat apostolus Petrus epistola secunda, scribens: Si illud prius noueritis, q. omnis prophetica scriptura non est privatae interpretationis. Non enim uoluntate hominis allata est olim prophetia, sed a spiritu sancto impulsu, locuti sunt sancti Dei homines. P O L Y. Si te audiremus, iam equidem palam foret, prophetas semper uera dicere, et alios non item, quoniam affirmes istuc nomine illis tantum convenire: quod non est uerum. nam in Numeris Balaam, et apud Cretenses iouis sacerdotes sunt prophetae appellati, quales, teste Festo, erat uel finiorum antiphonet, oraculo-rum interpres. Itē diximus Ambrosius in primā Pauli ad Corinthios epistola, ait, alienorū scriptorū interpres prophetas vocitari. Ita etiam Plato in Timaeo uaticiniorū interpres prophetas appellat, qui sapienti, errareq; possunt. Ergo non omnis prophetas uerum est. R. O B. Quid pugnas tibi assentior: sed dico alienum esse prophetam, qui intelligat quod prædi-

M. cit:

cit: aliam prophetam falsam, qui fallatur, quod nō intelligat, quod denunciat. Talis fuit propheta Saul rex Iudeorū, talis Caiaphas, talis Balaam: auctor Ambrosius. P O L. Sed ad prima reuertantur. Inquis prophetas à Deo Opt. Max. edoceri ea que suntur, & nosse que predicunt: ecquid igitur signi dat Deus, quo propheta intelligat se ab eo prædicenda moneris? R O B. Audi, hoc loco permultum proficiemus, illud philosophādo demonstrarr, quemadmodum fiat, ut prophete ad prædicendum insituantur: nam Ioannes Scotus, & Thomas Aquinas inter se non consentiunt, an solus Deus, vel eius ministri spiritus, per intelligibiles species, humanis mētibus propheticas revelationes infundant. P O L. Quid istue ad rem nostram: an querendam putas de officio Dei, & quid per se, seu alios, præstare debeat: perinde quasi aut procul sit, aut aliter opis ad suum negotiū agendum egeat? Nolo inquam audire. R O B. Quid ita? P O L. Quia video, video futurum, ut eiusmodi sophistice subtilitatibus, à quibus ne quis te abstinere, confessim me in brevia & Syrtes urgess. R O B. O fortē, & nō fortē bellatorem: à me multa postis, & quam ad rem uenio. tu, si ea frigidissima sit, cales, si feruētissima, friges. Audi sc̄atera, queso, postquam de prophetis sermo factus est. Nō uno se modo ueritas prophética hominū mentibus insinuat, sed uario. Aut enī nūsso menti imprimuntur: ita David Christi mystria perspexit, aut per uisum, auditum ut, signa rerum futurorum eduntur: sic Moses audivit multa futura, sic Daniel uidit in pariete scripturā, aut deniq; per imaginationem.

Imaginationem figure obijciatur: ita Hieronimus aspe-  
xit succēsum oīam. At iste imaginarius modus multi-  
plex est, quippe aut per quietē, aut per uigiliā, mon-  
stratur rerū imagines aliquid portē dentes: aut per uer-  
ba, vel signa exteriora, quorum autor sepe cernitur,  
aliquando non cernitur. Ita apostoli, Petrus, Iacobus,  
et Ioannes, uidērunt in monte, uti Marcus euangeli-  
sta peribebit, Heliā et Moysen cum Christo colloquen-  
tes, ac audierunt uocem supernę rādam: Hic est filius  
meus dilectissimus, ipsum audite. Ad hūc quoq; modū Esa-  
ias testatur uidisse se dominū sedentem super solium, et  
audiriisse uocem domini dicentis: Quid mittam? Hic  
uocis autorem uidit, illi nequaquam. Atq; ita persona  
loquentis modo in aperto, modo in occulto est. Cate-  
rū amplius decē modos narrare si uellem repetere mi-  
nutatim, que à nōnullis magis superfūtiose quam cō-  
modè aut utiliter traduntur. P O L: Mille omni-  
no plura dicere: ijs ego tribus conueniū modis, haud  
scio quid ad illos addi posit, qui facile omnem pro-  
phetiae immisionem cōpleteantur. Sed age, tandem alii  
quando de ueris eius immisionis signis doce. R O B:  
Lumen appellant id, quod indicio est, aliquid morta-  
libus prædicendum à Deo prophetis inspirari: quod  
dum præcepta accipiunt, diuino quodam lamine in-  
trinsecus sic illustrantur, ut nil umbræ, nil ambiguita-  
tis, nil dubitatiōis, nil erroris in eis sit: quippe qui tūc  
plus sapiāt, plus cernant, plus sentiant, ac plus animis  
uigent. Contrā, si quicquam à malo demone auribus  
infūletur, etiam letum, ferunt non eandem inesse sen-  
sibus rei perspicientiā, aut animi alacritatem, ueriant

potius grauitatē, tarditatēq; & gāudio quod quis-  
 quam ab nōcium rei incūde gāuisu esset, statim pōst  
 intercedere tristimoniam. Sed quid multa forsitan per  
 lumen uera prop̄hetie iudicium fieri vident, quia sine  
 illo perraro sint visiones. Ita Moses, duce rubi flāme,  
 ad colloquium Dei acceſſit: ita in apostolo Petro, ut in  
 Actis est, quam in carcere eſſet, noctu repente circuſu  
 so luce nō mediocri, uifum accidit, quo ſalutis admoni-  
 tio eſt: & Paulus interdiu perfusus lamine, audiuſt uo-  
 cem de caelo, qua ducens eſt ex tenebris, ad uerā lucē.  
 P O L Y. Perinde me dij ament, ut tu omnia pera-  
 cutē, perſalſe tractasti, egisti, docuſti: ſed iſtud laminis  
 ſignum haud facile quifquam certū ſcire, ſeu certo me-  
 tiri diſcrimine poſteſt, preter eum cui uifum obiectum  
 fit: quare profer, ſi quid aliud habeas, quod aequē ab  
 omnibus internosci queat. R O B. Quid hoc neceſſe  
 eſt? P O L Y. Valde equidē, quoniam nō habeo ad-  
 hac regula, ut tales uisiones ueras iudicem. R O B.  
 Tantum, quantum poſſimus, quantum mediocri inge-  
 nio, quantum medio cri cura & studio ualeamus, facie-  
 mus tibi ſatis opinor: ſed ita exiſtimem, tibi poſthac nō  
 licere transuersam digitum diſcedere ab hac regula,  
 quam tantopere poſtulat. P O L Y. Ob id ipſum te  
 rogo, ut non amplius de re tanta hæſitem. R O B.  
 Antea dixi, lumen eſſe iudicium prop̄hetie uera, ſecun-  
 dum quorundā ſententiā. nūc nobis illud interpretari  
 libet uerbū Dei, unde in psalmo 118. canitur: Lucerna  
 pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſenitatis meis.  
 & Christus apud Ioannem: Ego sum lux mundi. Iſtam  
 igitur lucernam & lucem, hoc eſt, uerbum Dei, quām  
 uideris

uideris praesertim, pro certo habebas, signa uerae prophetie statim post sequitura: quia Deus prius loquitur, postea, ut credamus, signa addit. Marcus euangelista de Apostolis: illi uero egredi predicauerunt ubiq; Domino cooperante, et sermonē cōfirmatae per signa subsequentia. Ac ita signa prophetie sine uerbo, nunquam dari scito. P O L. Scio certè te nec nō meo aliquantū aberrare proposito, rem tamēsi acutē concludis. R O B. Aberrare eum aīs, qui in rellam uitam pedē retulerit? Tu in errore, ne dicā in uitio, es, qui nō intellectissime uideris, me hactenus aliorū sententias de internotione uisionum persequuntū: nunc autē meam dicere, ut magis certam. P O L. Probè dicit, fui in errore, et tu in uitio, quandoquidem iam bonam dici partem dedimus longo certamini: quā tu, ut video, nondū edideris signum, quod noscam, id quo dū a principio pugnæ facri solet. Sed factū bene, abundamus enīm ocio, ita ut commodū de signo rursus agere possumus, quod ego, uti pugnax, a te nostri sermonis duce expecto: expecto aut, ut intelligam, quid sit ipsum signū, de quo tantopere hoc loco agimus. R O B. Habebis id quidem: ut enīm beri feci, nō me ita interpellabis, quia ad nostra maniter reuenter: sed modicē agas, precor, ut ne tricari potius, quām disputare videamur. Signa diuina sunt testimonia uerbi Dei, que per miracula corroborātur: de quibus Apostolus meminuit ad Hebreos scribēs: Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? que quam primū enarrari coepit per ipsum dominū, ab Ihs qui audierant in nos cōfirmata fuit, attestate Deo, et signis et

prodigijs simul, marisq; virtutibus, & spiritus sancti distributionibus, iuxta ipsius voluntatem. Hinc igitur cognoscere licet, in uisionibus quas diuinis censimus, oportere inesse uerbum Dei, id est, de salute animæ agi, & secundum uerbum illud plurimum signa sequi. Et haec sunt uisiones, quæ contigerint in Mose, Petro & Paulo: quorū exempli causa nuper mentionē fecimus, qui dono sancti spiritus, ac pietate et innocētia muniti, de verbo Dei uaticinari sunt. At uisiones dæmonum sine verbo, sine signis, ab illis expellato, qui multa uito ignorantia, item ficta bonitate armati, de rebus humanis Deū futiliter, stolidè, leviter cōsulunt: quibus quia illa mercentur, dæmones responsa dant. P O L. Iam te uero, ita omnia perspicue fecisti, quid interficit inter uisiones, & quibus id signis internosci queat. Sed hinc scrupulū iniecisti, qui me male habet. R O B. Quid illud est? P O L. Dicam. Tute besteruo sermone ostendisti malos homines interduci uera predicere, illudq; exēplo Balaam probasti. ipse ergo nūc quero: Num illa dona, illa signa quibus tam p̄clarē docuisti ueros prophetas inib⁹, muniriq; facient data Sibyllis: quarum carminib⁹ tam Laelius Firmianus, quoniam diuinus Augustinus tradidit multa p̄dicta fuisse, que ad nostrā pertinerēt religionē: aut Balaam, Saul, & Caiapha, pessimis hominibus: quāvis futura. et illa quidē minime uana, effati sunt. R O B. Quid est, cur ista de me queraris? qui omnino tantā rem me nullā facilitate attingere, uel explanare posse confido: sed nec facile eius esse, qui reprehensionē doctoriū, aut prudētiam uocet. Quid si talia certò scirem, profectō essem.

esset quasi apostolus Paulus, qui in tertii usq; cœlum  
raptus audiri se sit, que fas nō foret homini loqui.  
Quapropter ego ut homunculus unus ē multis, non  
astringam meā fidem, qui quum probabilita cōiectura  
sequēs, ultra quō progrediar, nō habet, te conteriam  
nolo dñi Ambroſij in nostra theologia probatissimi  
reſpōſis, qui ea que percōtaris, & ſcire aues, ac cuius  
modi ſint, abunde exponit. Is itaq; in cōmentarijs in  
epiſtolā Pauli ad Corint. primam, de Sibyllarū uatici  
niorum ratione ſic edidicit: Eſt enim inter mundanos  
ſpiritus potior, unde ſolet cōiecturis que mundi ſunt,  
diuinare, quem Pythonē appellat. Hic eſt, qui per ue  
rissimilia fallitur. & fallit: hic eſt, qui per Sibyllā locu  
tur eſt. Et ſubſtituit: Ad Dei gloriam prophetatur, ſicut  
dicit David prophetæ: Nō nobis domine nō nobis, ſed  
nomini tuo da gloriā. Nam & Balaam prophetauit,  
quum prophetæ non eſſet, ſed beriolus. Et Caiaphas  
prophetauit, nō merito, ſed dignitate ordinis ſacerdo  
talis. Et ſed prophetauit, quā iam imobedientie cauſa  
ſpiritu malo fuisset repletus: ſed propter Dei cauſam  
non poſſet cōprehendere David, quem occidere uole  
bat. Verū idē libro Epiſtolarū ſuarū ſexto, ad Chro  
matiū, multo luculentius rationē eiusmodi rei reddit,  
ita ſcribens: Sed nec augurator auguri in Israel, ſe  
cundū legem Dei. Quomodo ergo Balaam prohibi  
tum ſe oraculo Dei dicit, ne uadat ad maledicendū po  
pulo Israel? Et inſert: Vnde iſli oraculū Dei, quod fu  
tura manuſtantur, qui augur erat? Si oraculū Dei lo  
quebat, unde meriti diuine aſpirationis aſſump  
tati? Sed nō meritis inſuſum auguri à Domino quod lo  
queretur.

queretur, quando infusum legis in Euigilio, etiam primi capitulo synagoge, uni ex persecutis Christum: Quia oportet unum hominem mori pro populo. In quo non prophetie meritum, sed assertio veritatis est, quo per fiduciam non credemus vocibus suorum augurum redargueretur. Ideo Balaam ille Chaldeus adscitur ad fidem, ut Chaldaeorum superstitione collesceret. Non igitur contumeliam meritum, sed vocantis oraculum est, revelante Dei gratia. Hoc tamen Ambrosius. P O L. Per apposita recitasti ista omnia, quibus iam satis constat, Dei natu eos malos uates diuinasse. Sed aliud intelligere cupio, an illi acceperint idem lumen, idem donum, atque uerbi prophetice solebant? R O B. Quid nimirum Ambrosius, ut tibi ruper exposui, referat Balaam non experitem meriti diuina inspirationis. Ceterum id raro accidisse legitimus, si sincere nunquam, quin frons ex altera parte metuenda foret, id quod Ambrosius attestatur, ibide dicens: Quid igitur contraxit offensionis nisi quia aliud loquebatur, aliud macinabatur. Tentabatur ergo Balaam, non probabatur: erat enim plenus fallacie a doli. Hec ille in eodem fuit uicio Caiphas, qui ut Christum perderet iudicauit unum hominem, seruandi populi causa, morte afficiendum. P O L. Cumque nimirum redire, ita ut penitentia exitum uenerit omnis questio. Vruntamē aliud a te percontabor. Antea dixisti, Ambrosium affatim de Sibyllarum carminib. differere: postea adduxisti eius testimonium, in quo tantum unius Sibylle mentio facta est, perinde quasi sola una Christi praeconium cecinerit. R O B. Accriter nempe sapis, animaduictus istud! P O L Y. Atqui

At qui animaduerti, et quid sibi uelit ista tua trāficio,  
die sodes, nisi molestum est. R O B. Audeo me posse  
tibi rem declarare, si memoria non defecerit, neq; gra-  
mabor. Itaq; hoc habeto cognitū, inter se autores tam  
de nomine patrie et numero Sibyllarum dissentire, q̄  
cuius carmina sint, quib. de re Christiana testimonian-  
dicta accepimus. Alij, teste Augustino, de Civitate  
Dei libro 18. id opus Sibylle Erythrea, alijs Cumane  
affignant. P O L Y. De his satis maiore moliamur,  
que à primo pretermissa sunt, quum præsertim nihil  
sit quod uercamur, ut dies nobis satis sit, ad id disputa-  
tendum. R O B. Ecquid moliris, quod maius appelle-  
tur? Vis tuo hunc iocari? qui pando ante dixerat, ad exi-  
tū uenisse nostrā disputationē. P O L. Disputationē  
inquis? Non habes in memoria, dixi enim questionē:  
sed nunc, ut sepe usu uenit, alia mibi questio oborta  
est, tuo iudicio discutienda. R O B. Propone, post-  
quam, ut uidere uideor, noster magis integrescat quam  
seu escat sermo, necesse est. P O L. Faciam id, quod  
tibi, ni fallor, nulle probabitur. Hactenus de prophe-  
tie non pauca dicta sunt: sed unde illa orta sit, nullum  
uerbū. Quare omnis iste noster labor facile repreben-  
sionem incurret, nisi illud prius explicuerimus, quam  
hinc digrediamur. nā omnis que suscipitur de aliqua  
re disputatione, debet ab origine eius rei inchoari, ut c-  
iusdē rectā definitionē afferre posat. R O B. Illud  
parce, queso, tua culpa pretermissum est: qui nix una  
questione absoluta, ecce tibi, alteram subiungis.  
P O L. Verum dicas: sed id mihi non mitio, immo atq;  
ad eō laudi, absit arrogantia verbo, dardum uidetur.

nam pridie ita noster institutus est sermo, ut bodie à nullo certo inductus exordio faciat, quo mihi p̄f̄sim Peripateticorū in uenit, quorū consuetudo in disputando, quemadmodū Cicero in Tusculana secunda testatur, sūit, ut de omnibus rebus in contraria partes differerent, quo sic maxima dicendi esset exercitatio. Ita mihi faciendū duxi, cui colloquij perfruēdi causa etenim nūsi ego te hīcse captionib. alias alijs, et eas quidem contrarias subiiciendo, in disceptatione detinerem, iam surrexisse, finemq; disputandi fecisses.

R O B . Fateris ingenuè extra iocum, ut puto, tuas in cūdas artes, quas ipse facile patior, quā uideam tibi secundum hanc sermonem nostrū, nihil illis esse familiarius, gratiūq; sed surgamus, queso, atq; quod rectat, ambulando tractemus. P O L . Fiat: sed leuiter incede, ne fatigere, ne uē calefacas, quo extrellum nostri sermonis actum tuo cōmodo agere posis. R O B . Ad rem aggredior: sed iemiam sudare incipio, ob granitatem oneris, quo d intempestivē imponis. Expectas prophetię originem! at quis pro certo dicere audebit! ac cipe definitionem prius. Prophétia aut̄ est rerum futurarū predictio, que nulle humana opera, nulla cura, nullo deniq; conatu, quia nescia mens hominū fari fortisq; future, innoscere potest. Ac ita cognitio futurorū nō statim impendentiarū (nam, ut heri disputavimus, ex naturali divinatione, per cōiecturas, & experimenta, imminentes procellas quibusdā signis presentimus) ex Dei uoluntate, uel potius clementia pendet. Nam quid in ea re potuisse sua opera, labore, aut studio excellere David, qui fuerat pastor, & postea rex

rex bellicosissimus aut Amor, itidem pastor, aut Hicre  
miss puer? & logo post tempore, apostoli ferè omnes  
idiotæ homines? P O L. Contrà, et tu affirmas, sunt  
qui id divinandi munus anime adscribant, quod illa,  
utti Plato sentiebat, ex suis initij, vim quandam ab ani-  
me idea, quā nos specie appellamus, adiutū prescien-  
di futura babeat. R O B. Istud nostri theologi, &  
in ijs Augustinus in primis, pernegerant, quā anima ne-  
queat semper diuinare, quādo vult. Quid, quod Peri-  
patetici omnes accedunt cōdem, uolentes animā instar  
nude tabelle, in qua nihil informatū sit, copulari cor-  
pori, et eam nihil ordinaria si natura posse cognosce-  
re, nisi per sensus & phantasias intercedentes? Siqui  
dē, quemadmodū Augustinus de definitione fidei tra-  
dit, satis cōstat animam corpori, statim ut est in utero  
formatum, Dei iudicio, crearem ad punctum tempo-  
ris, coniungi, ut ita factus homo ex anima et corpore  
constans uiuere incipiat, ac ita uiuens egrediatur ple-  
nus humanae substantie, ex ipso utero, & postmodū  
uti anima ratione, ita caro sensibus in dies singulos ma-  
gis augatur. Ad illud Lucas euangeliſta de Christi  
pueritia loquens allusit: Et Iesuſ proficiebat sapien-  
tia, & estate, & gratia apud Deum atque homines.  
Igitur nemo homo ſua opera, uel labore, sed Dei bene-  
ficio, prophetia consequitur: id quod apostolus Petrus  
affirmat, ſcribens eam olim non ex uoluntate homi-  
nis, ſed à ſpiritu sancto allatam. P O L. Ad superioris  
tui promissi partis epilogum subtiliter, copioſe, dilu-  
cide, feliciter peruenisti: nunc posteriorem absolue.  
P O L. In promptu est, qd idq; nimirur. Prophetie  
iam

iam inde propè ab initio orbis conditi esse coepiunt. Abrabā enim, ut est in libro Genesios, capit. 20. à Dominō propheta uocatur, iubet nec Abimlech regi, qui Saram eius uxorem rapuerat: Nunc ergo redde viro suo uxori, & orabit pro te, quia propheta est, & uiues. Prophetantq; fuit Abraham, ut infra intelliges, si sermo de ea re inciderit. P O L Y. Incidet, non dubites, nam ego ad id loci te perducam, ut sis ex occasione data, appositi illud explicaturus. R O B. Fortasse faciam. Item Dominus Moysi ait: Ecce cōstitui te deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus. In Exodo, capit. 7. ea est historia. P O L Y. Et hoc propheticus initium? R O B. Hoc enimpe. P O L. Atqui abe me incertum rei fugit, quando Abraham primò, ut dicas, prophete officium illud tributū fuerit. R O B. Si isto modo uolueris singulari rerum tempus & causas desiderare, non modo cognoscendi, sed ne querendi, ne ne dubitandi quidē sine re perierimus: tamen & hoc demonstrabimus. Abraham per uisionē Dominus iā inde à principio alloqui cōpīt, quam cum in Chapaam ire iussit, predixeritq; fore, ut eius genus postremo posideret eam terrae partem, quæ à Nilo Aegypti flumine ad Euphratē pertinet: item circūsionem, ac multa alia mandarit, quæ per eum Hebreis nunciata, curataq; uoluisset. Nota est historia in Genesio libro. P O L Y. Satis est. at postquam ortum diuinę uisionis à fonte repetinisti, cōsentaneum est, ut simul queramus, quid causa fuerit, quomobrem Deo placuerit sua arcana per eū modum mortalibus referare, quæ ipsorum intelligere maxime interesset.

intervenit. R O B. Ego uero illuc neq; humani ingenij  
quætre, neq; inuestigare, esse existimo. Quis enim,  
ut Esaias dicit, consiliarius Domini fuit? P O L Y.  
Suspicor prophetas suisse, quib. sicut tute nuper uno  
uel altero loco docuisti, Deum sua cōmunicavit iden-  
titem cōsilia, quorū mortales monitos à primo uolue-  
rit. Q[uod] gare explica, atq; excute huius rei intelligentia  
tuam. R O B. Certe uenit mihi in membris hoc mo-  
mento Amos prophete, qui eius rei causam reddit, ita  
inquietu: Nō faciet Dominus Deus uerbum, nisi reue-  
laverit secretum ad seruos suos prophetas. P O L Y.  
Patet fecit Deus omnia secreta sua prophetis? R O B.  
Reclite tu porro interrogas, ut nō sit, quod postbac be-  
sitemus: propterea audias. Haud equidē cuncta Deus  
significat prophetis, que in cœlo agat, uel que iam e-  
gerit: sed que in terris sit aclarus, que ad hominū sa-  
lutem pertineant, si audi erint, si crediderint. Sic Noe  
edocitus, cognovit futurum diluvium: sic Abraham in-  
tellexit excidiū Sodome & Gomorræ: sic Ioseph de  
futura septem annorum fame est fatus certior: sic de-  
niq; Esaias prædixit fore, ut Christus ex uirgine nasce-  
retur, atq; morte sua nos ab iniuritu uindicaret.

P O L Y. Ecquid, rogo, monet Deum, ut talia mor-  
talibus significanda amē cureret, quādā ingruant?

R O B. Cūm clementia, tum iustitia. Pro sua enim be-  
nignitate, Deus, sibi diuinus Hieronymus in commenta-  
rijs in Amos affirmat, semper futura pronunciat, ne  
cogatur inferre supplicia. siquidem eos quos paenitet,  
ac certa fides habet, delebat, sonet. Tam clementie est  
scrutare, quādā iusticie, punire eos quos iurati in culpa  
nitioq;

utioq; esse. Iam habes de uisionibus sacris, que poshu-  
isti. P O L. Ita prorsus: sed plus desidero, usque eò  
meum animum tuus laetat sermo, ut semper eius copi  
au sitiat. R O B. Si ita feceris, tantum aberit ut ho-  
die uel coenatum aut cubitum binc discedamus, ut no-  
bis etiam ad multam noctem uigilandum paterem: quod  
fortasse de industria facis, quò tra me una pariter cœ-  
na fraudes, atque rei tue familiaris consuljs, ut ne tibi  
sua sumptui. P O L. Tuis facetijs ac festinitate uia-  
re, licet: est profectò res non minimi momenti, in qua  
aliquid temporis ponamus, par est, quò omnis diuinari-  
um uisionum ratio rite pertractata dici possit. quod  
pace tua fiat, queso. R O B. Exprome tandem quid  
illud sit, antequam me longioris sermonis capiat satie-  
tæ. P O L. Reperio olim moris fuisse decorum ua-  
tum, ut tribus modis responsa darent: uerbis, signis,  
aut scriptis. Primum ponit modum Vergilius, libro  
Aeneidos tertio, quam inducit Aeneam consulentem  
Tbymbreum Apollinem, de suo itinere nam à longo  
summo deo easteri futura docebantur, quod Harpyia  
Celeno testatur canens:

(pollo)

*Quæ Phœbo pater omnipotēs, mibi Phœbus A-*  
*Predixit, nobis furiarum ego maxima pando.*

*Quæ ita orat:*

*Da propriam Tbymbræ domū, da moenia fessis,*  
*Et genus, et mansuram urbem. — Et infert:*  
*Vix ea fatus eram, tremere omnia uisa repente,*  
*Liminisq; laurusq; Dei, totusq; moueri*  
*Mons circum, et rugire adyis corinareclusit.*  
*Submissi petimus terram, et nox fertur ad aures:*  
*Dardanida*

Dardanide duri, que nos à stirpe parentum  
 Primus tulit bellum, eadem nos abere leto  
 Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem.  
 Hic domus Aeneae cum his dominabitur oris,  
 Et nati nostorum, & qui nascentur ab illis.

Altero idem Helenum atentem inducit, qui suis Troia-  
 nis signum certe salutis dat, inquiens: Nata dea —.  
 Et subiungit:

Panca tibi è multis, quò tu toro hospita lustres  
 Acquora. & Ausonio posis considere portu,  
 Expediam dictis. — Et subiungit:  
 Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.  
 Quam tibi sollicito secreti ad fluminis undam,  
 Littoreis ingens inuenta sub dicens sus,  
 Triginta capitum foetus enixa iacebit,  
 Alba solo recubans, albi circum ubera nati,  
 Is locus urbis erit, requies ea certa laborum.

De tertio idem meminit, quem apud ipsum Helenus  
 admonet Aeneam, ut ad Sibylle addat:

Huc ubi delatus Cumæam acceperis urbem,  
 Divinosq; lacus, & auerna somantia sylvis,  
 Insanam matrem afficies, que rupe sub ima  
 Fata canit, folijsq; notas & nomina mandat —  
 Quecumq; in folijs descriptis carmina virgo,  
 Digerit in numerum. — Et in sexto rem quoq; ita  
 tangit: — Folijs tantum ne carmina manda.

Quæ quam ita essent, à te porro sciéteri liber, an illi  
 prophetæ imagi Dei nuncq; fundo futura, sint istos na-  
 tes imitati. R. O. B. Quomodo quis alterum imitari  
 potest, qui illum etate precurrerit? Non erant pro-  
 ptemodum

pemodum dij gentium, nedium coram oracula, quando Moses summus propheta caput & uerbis suos Hebrewos docere arcana Dei, & signis ad credendum inducere, ac scriptis legibus ad bene beatumq; uiuentum instuere, quemadmodum passim in Exodo est. Igitur uates decorum non modi huini predicendi futura autores, sed imitatores dicito: quum ille primitus apud Iudeos ita inuiduerit, ut posteriores prophete etiam obserua nerint. nam ut de aliis silcamus, Helias multa uerbis, non item scriptis, no paucia quoq; Helisecus denunciat regibus, sicut libro Regnorū quartio patet. Per signa is quoq; prophete sua oracula identidem protulerunt. Helias enim, qui Habseni eum postularit, ut si bī duplēcēm spiritū relinqueret, signū dedit, quo inteligeret se uoti cōpotem factum, dicens: Si uideris me, quando tollar à te, erit tibi quod petiūstis, ut non uideris, no erit. Nota est hystoria eodem libro cap. 2. Helisecus itidē certo signo predixit regi Ioz futurū, ut toties magnis cladibus Syriam afficeret, quoties iaculo terram percuteret: qui ter coram id fecit, terq; posil ea Syros vehementer affixit. Mandauit nero scriptis sua naticinia in primis Esaias, compluresq; alijs. Atq; ita prophete ante decorum uates, olim aut socii, aut signis, aut scriptis futura predixerant, quos ipsi postea uates insani, fallacesq; mortales credulos decipiendi causa, in diuinando sunt imitati. P O L. Nunc certè fateor, mibi plena manu satisfactum esse, teq; rē accuratē, copiose, ac docte cōfessisse. R O B. Satis tibi feci! Ita me dij ament, quemadmodum gauderuis optimis post hominum memoriam studijs me obsecqui,

qui, quem ad uacuidinem, quam ad noleptatem ualent: quandoquidem ea de causa ad te dixerit, ut postquam aliquantum quietam, animum relaxarem, quod facio, ita ambulando, disputandoq; Et quidem melius quam uenando, aucupandoue: id quod uel facere potest, qui infra omnes infimos homines esse censetur. Quare miror nostra nobilitatem in uentione tamquam esse, in eaque se a pueris exercere, pre qua permuli reliquias bonas partes parum student. Quocirca tibi multum debeo, qui fecisti, ut rusticando me ad istum sermonem accommodauerim, qui n obis summae letitiae contmodoq; fuit. P O L. Faciemus hoc idem etiam, Et quot dices erimus hic in nostra villa, postq;, ut video, nihil est quod malis, qui minime grauari tecum diutius seruocinari. R O B. Minime grauabor, si tu disputando recta incessanter uia: hancenam enim tot ac tanta incepto de Prodigij sermoni anteuenisti, ut non et reuelnamur eodem necesse sit, si uolumus prestare quod a principio nobis faciendum statuimus. P O L. Istud commodiū fiet, scrupulis enim omnibus ex uia removitis, non offendemus. Et primum omnium occurrit illud Ioseph, Jacob filij somnium, de quo Iosephus libro Iudaice antiquitatis secundo meminut. is enim quā aliquando tritici cum fratribus messuiisset, per quietem, nocte insequeñti, uidit suam manipulū stantem, adorari a manipulis quos fecerant fratres: item Solem et Lunam ac stellas numero xi. secundum terrā, sibi ad pedes iaceere, honoremq; habere: ac postridie ea uisa pariter patri atque fratribus patet. Ita sane euenuit. haud multo post, patet Jacob cum tota familia, in Aegyptū

ad Ioseph, quem audierat apud Pharaonem in somnis se gratia posuisse, iuit: qui iampidem illud fore coniecerat, sic somnium interpretatus, ut Luna & Sol parentes essent, quod iste gignat, illa nutrit: & stellæ xi. fratres, tot enim erant, qui aliquando Ioseph suspicerent, obseruarent, colerent. Aliud subiectum, Pharaonis uidelicet nūsum, cuius idem Iosephus meminit. Ille uidit septē boues pinguis, totidemq; macras item septem spicas plenas, totidemq; inanis. Eius somnij à Ioseph facta est interpretatio, annos septē in annona uilitate, ac totidem in summa caritate futuros. Item uel Nabuchodonosoris regis Babylonie somnium non preteribimus, qui uidit statuam capite aureo, brachis argenteis, uentre aro, pedib. ferreis: & lapidem ē monte dūmīsum contrinxisse statuam: cum uero usq; cō creuissē, ut uix à tota terra caperetur. Daniel propheta ex eo somnio prospexit futuram, ut exterrit regnis etiam Romanorum pavilium debilitatis, ac postremō deletis, solus lepis ille immobilis extaret. Sic fuit quando Christi, quem, ut est in psal. cxvij. lapidem vocant, & cū Iudei ut edificatores humani repudiariunt, omnia potestate tenentur.

R. O B. Perorasti, nec ego te interpellavi. Quorsum, aut quatenus per deos, istud! Certum erat de prodigijs agere, tu tamen maneris oblitus, ad somnia, sine insomnia (nam qd intersit, ex grammaticis nō video) reuertaris, que alias attigimus. P O L Y. Nihil profectio de tua errauit, imò dedita opera ea recitauit insomnia, per que tā uera, quam magna portandi audio, adeò ut cuius prodigia dici posse tecū. Quare rogo, orōq;

De prodigijs lib. II. 193

ut certam oracula explanes. R O B. Quid opus est in interpretatione? quando in illis duobus omnia aperta sunt: in altero enim, teste diuo Ambroso, de Christi Scrutoris mysterijs agitur: in altero, ut Origines ait, benignitas Dei declaratur, qui noluit Israelicis, quos conservando decreuerat, fame suffocari: in tertio, si quod tecum erat, ipse planum fecisti. Ceterum postquam à proposito aberrauimus, præstaret, puto, ut quereremus qualia, & unde sint somnia: ac ea re quam brevissime disputata, pergere ad instituta. P O L Y. Magis virtute, quam maxime me afficit letitia, quam tibi in promptu sit id, quod à te audire uebementer cū pio. quo sancè habet mihi, quod sciām, est quicquam antiquum. R O B. Duplex somniorum genitū tradunt, unum diuinum, alterum humanum: & ijs etiam terrum addunt, demoniacum. Diuinum non modo nostri theologi approbant, sed ante eos Homerus, in primo Iliad. nō οὐρανοὶ τε πάντες ἀγένητοι, Item Plato & Ari stoteles, somnia à Deo mitti consuetū: & ea quidem, ut ipsi Aristotelii in libro de Divinatione per somniū placet, sapientibus & uigilantibus tantum: qui id ea de causa suspicatus est, quod bruta quoque animalia, quod que stolidum uulgaris somniantur. Ab eo non multum discrepant nostri, qui uolum uisa mitti à Deo certis hominibus elefis, non itew generatim omnibus. Ita, uti tu nuper demonstrasti, olim Iosephō sonni auerunt: ita reges illi, Aegyptius & Babylonius, diuinis benservant per soporem oracula: ita Magi, ita Iosephus, vir Mariae uirginis, per quietem moniti jum, ut illi ad Herodem nō redirent, & iuste cum puerō Iesu, & ma-

N 3 tre,

tre, se in Aegyptum reciperet, quemadmodum est apud Mattheum euangelistam. Verum tenaciter Posidonius, sicut refert Cicero, tribus modis censet deorum appulsum homines somnare: uno, quod animus per se praeuidet, quippe qui deorum cognitione tenetur: altero, quod plenus sit act immortalium animorum, in quibus tanquam insigni et note ueritatis apparent: tertio, quod ipsi dii cum dormientibus colloquuntur. Hec de diis somniis. Humanorum uero, id est, natura diuum somniorum causam non unam omnino afferunt autores antiquissimi. Socrates enim apud Platonem, omnem uitam animi in tres dividit partes: et unam uult in entis et rationis participem: aliam, in qua agrestis quedam feritas insit: et tertiam, in qua existat ardor et uoluptas. Quae quam ita sint, concludit alteram partem, dum prima sopita languet, immoderato obstupefacta potu, atque pastu, exultare in somnio, iactariisque: et ei à mente atque ratione uacue, oblixi omnia uisa teneat, impura, crudelia, quod uideatur cum matre uult bellua corpus miscere, aut aliquem trucidare, aut cruciari, et id genus multa turpiter facere. Contrà, primam partem animi, si tercia sedata fuerit, et quis salutari moderatio; culiu atque ulliu se quieti dederit, tam agitatum crederemus; ad consilium, ac saturam bonarum cogitationum epulis, se uigetam acremus; ad somniandum prebituram: et sic futuram, ut ei uisa quietis occurrant tranquilla, atque ueracia. Igitur Plato iubet ita ad somnum proficiendi, corporibus affectis, ut nibil sit quod errorem animis perturbationemque affiat. Ex quo Pythagoras fertur interdixisse,

terdixisse, ne sui discipuli faba uescerentur, quod ille cibus habebat magnam inflationem, contrariam tranquillitati mentis uera querentis: quia quem animus est scuocatus à societate, cogitationeque corporis, tum diuidat: illudque magis facit, appropinquante morte. id quod experientur, qui sunt quopiam mortifero morbo affecti. Imò si uelis magis minus ne somniare, à Plinio edocebere, qui lib. xxxvij. autore Fabiano, tradit somniari plurimum super in cubitu, sed prono nibil. Si- cuti uerius somniari aibit, post medium noctem. Horat. in fine primi Serritionum libri: Atque ego quam græcos facerem natus mare citra Versiculos, uenit me tali uoce Quirinus Post medium noctem uisus, quem somnia uita, In sylam, &c. At Aristoteles dicit, natu ralia somnia identidem fortuitò temerarieque incidere. quorū tria refert genera in eō libro, quem de Somno et uigilia scripsit: primum, quod causā alterū, quod signum existat eorum que præuidētur tertium, quod accidens uocat, quando neq; causam neq; signum insomnium dat. Exempli gratia: Personum uideo Italiam repente ardere bello, perinde ac acciderat. Ea nocturna uisio ut bellū cauſa non est, nec item signum. Cæterum signa in agrotantium somnijs maximè ap parent, ut affectionū animi aut corporis indicia, que Medicis periti cum primis obseruant. Cause autem rei futuræ ita existunt, ut si quis Romanū sibi petetatem sta tuerit, et illius consilij, quenquam eius specie in sensu interioris sede locata immemor factus, postea som niuerit meditatum negocium agere, et sic admonitus iter Romanū suscepit, tum tale insomnium itime-

ris faciendi causam fuisse constabit. Atque sic somni-  
rum dia causam, dies signum, alii neutrum illorum  
præbere dicuntur. Ad fortuita insomnia redeo, que  
ita accidentur, ut cogitationes nostre diurnæ esse pos-  
sint cause, quare eadem noctu agitemus: quemadmo-  
dum fieri, ut que somnia uerimus, sint principia ca-  
rum rerum, quia secundum quietem molimur, mente  
ficta quasi uia, ad eas se actiones futuras accommodan-  
te, in quarum ante simulacris per somnum uersata fue-  
rit. P O L. Perplacent omnia, et presentim que ex  
Socrate exposuisti: sed secundum istas tuas regulas  
non percipio, unde falsa esse possint somnia. R O B.  
Pugnantia inter se, bona tua uenia dictum sit, garrit,  
qui tricari uideris, quam ait cum ea placere, et igno-  
rare errore in insomnijs: pnde quasi nibil falsi, nibil  
ficti, nibil uagi per uigilia cogitemus, meditetur, ima-  
ginetur. quem paulo ante probauerim, actiones diur-  
nas plurimum nocturnarum esse exemplar. P O L.  
Id ipsum recte notavi, sed non satifacit: sexcenta mi-  
bi uisa bis uiginti annis occurserunt dormienti, quo-  
rum imaginem ullam animus meus uidit numquam. Ex  
quo cum Poeta consentia, qui de ea re uerè canit:

Sed falsa ad celum mittunt insomnia manes.

R O B. Imò idem alibi affirmat, somnia sequi addia-  
nct nostras, quam inducit Didonem, amore sanciam,  
anxiam, perculsum, ita Anna sorori loquentem:

Anna soror, que me suspensam insomnia terrent?  
Atqui miror eiusmodi uisa tibi occurrere, qui dies no-  
tesq; in tibi eris uersaris, quando tales, teste codem A-  
ristotele, non nisi suis uirtutibus digna somniant.

POLY.

P O L Y. Me equidem totum, ut ait, iampridem istis studijs dedi, in ijsq; maximè acquisiſo: sed fateor, non nungquam rei domesticae cura angimur: nam habemus domi iſtos nostros ministros prop̄ semper oceantes. nequid enim aliud apud nos sacerdotes facerent! qui quare, ut moris est, prelongis ensibus aq; sculps conti- nenter allegati sunt, uiscitūflare loco, et aliquando al tercantur, rizanturq; et quietales apud nos, uti scilicet. Domino ornamento sunt, idcirco eorum molestias necessariò devoramus. R O B. Id certè causa est, quā obre minus tibi conuenientia ſepe ſomnies: quandoquidem ut aqua ualde mota aut nulla imaginem, aut informem reddit, ita cōcittatus animus nibil ſynceri per quietem cernit. P O L Y. Ergo nebulonibus ac fūbris, qui plurimum ab omni cura uacui ſunt uifa obſcenūtur ve- riora? R O B. Non dicas ueriora, ſed minus multa. Atque ita habeto, eos qui ſomniant, aliquoties uera ſo- miuare: etenim quis adeo artis eft radis, qui ſi tota die iaculatus fuerit, nō attingat aliquando scopum? Quapropter nō eo inficiat, falſa mitti nobis ſomnia: ſed uel tibi dico, cum Cratippo, qui ita uifus eft oculis, ut uera cerneret, cum habere ſenſum oculorum uera cernen- tiū: econtra, qui oculorum uifū eft deceptus, ſepe falſa cernerere. Et quia uemo non oculorum uifū, qui falla- ciſimus eft, decipitur: ita ſomnia preter diuina, & ſi libeat, quedam naturalia, quorū noſtre adiōnes am- bre exiſtre poſiunt, uana omnia babenda, quam for- tuinò ſepe accidunt, ſic, ut ueluti ebrij ſepenamero ſo- miuimus impura omnia, ut amē ex Socrate collegi- mus, aut que nungquā uifū ſint. Vnde natum, ut qui er-

rent, delirant, insanient, eos somniare dicamus. Quapropter Moses sapienter lege sanxit, ne obseruaretur somnia, quandoquidem ita generatim, semper diuina excipio, inenarrata reperta sunt, ut ex eorum obseruacione, pauca admodum respondere carent, collegerit super fictiose antiquitas. P O L Y. Effare palam: putas natura via somnia excludenda, nec ne? R O B. Si naturalis sit causa, cur putarim excludenda, uel dannanda quoniam natura, ut diximus Ambrosius de fuga seculi ait, boni operis magistra sit. Exemplo nobis positum sit: Ego cogito, statuo delibero, cras ire rus, si hac nocte me rus iturus somnis uero: ecquid hic noui erit, quod obseruum, nisi ut faciant, quod decreuerint? Aut si turpe facinum facere putarim, et tale quid sese mox mihi dormienti obieccerit, quid intru? Verum uel mihi bono esse poterit, quam si sapiam, et sceleris imagine motus tuus debeat a facinore abhortere. Ac natura sic bona operis magistra. Proinde non est, quod me istis questuum culis moreris. P O L. Missa bac faciamus, ut tibi detur, quod opere poscis tanto. Ceterum unum postulo, quid sit, quamobrem uisa interdu multis tegatur inno lucrus. R O B. Id si diuina sunt, sit, ut qui intelligit, sic cognitum habeat se diuino afflatum lumine, quando semper lumen adest in diuinis somniis, declarans, quale sit Dei mandatum. Sic Ioseph intellectus somnio monitus, sibi cum pueru et matre illius fugiendum primo quoque tempore in Aegyptum. Sic Magi perceperunt, ad Herodem sibi non redendu esse. Sim natura lis causa non insit, atque non facile percipiat, ut iam certosciat, demonum artificio ea obiecta esse uisa. Ac istud est ter-

est tertium somniorum genus, quo bene multi irretiuntur, nisi prudenter caueant. Habet, quod quesiuit: iam tuo fungere munere. P O L. Nunc tua opus est uirtute, cuius, autore Cicerone de Officijs, interest, in primis perspicere, quid in qua re uerum, sincerum, consentaneum, et consequens sit: id quod maximè poscit prodigiorū ratio, quam ut tandem ritè reddas, omnibus tibi neruis contendendum, laborādamq; arbitrare. At ipse illud primum omnium proponam, quod à Iosepho antiquitatis Iudaice lib. quinto refertur. Quā enim reges Antemoreorum numero quinq; iunctis pariter armis, ac viribus, bello petrerent Gabaonitas, Iesu Hebreorum dux amicis (pau lo enim ante Gabaonitas in feedui reeoperat) suppeditat latus, dum in reges mouebat, ecce subito Dei natus, nimbus cum saxorum grandine, crebrisq; fulminibus, in eos exortus est: et inde quam fugientes miraculo territos Iesus persequeretur, ut eum dies non deficeret, sol aliquandiu stetiisse dicitur: adeò ut memoria apud Hebreos proditum sit, nunquam post homines natos longiorē extitisse diem. R O B. Nego istuc prodigium dici posse, quum, uti ait, divino natu factum sit, per quod nihil portendi quisquam indicare potuit, quam repente incidenter cœnitus. Ex quo miraculum potius, auxiliū ue divinum per tempus latentum appelles licet: quod facit, ut de eius causa reddenda, meum nubil eſſe rear hoc loco agere: quinimum o mite deinceps miracula referre, ut ne dicamus temerarij, quod si uideamur uelle arcana Dei perscrutari, qui nos talia non scire, sed mirari uolxit. P O L Y. Faciam

N s quod

quod iubet, et ut felix fiaslumq; sit principium narrandi, debet prodigium condende. Atheniensium urbis: unde Cicero in oratione pro L. Flacco, ait humanitatem, doctrinam, religionem, fruges, iura, leges ortas, atq; in omnes terras distributas putari. Siquidem ubi Cecrops in Attica regnum obtinuit, fertur olea in aree illa que postea Palladi dicata est, sponte enata, et fons band procul subito erupisse: atq; ipsi prodigijs commotus rex, ad Delphicum misisse oraculum, responsumq; datum, oleam significare Mineram, quod ea arbor in eius tutela esset aquam, Neptunum in ciuiumq; manu esse, ex utrius nomine urbem nouam appellatam uellent. atq; inde habitis comitijs, mulieret, quib. apud Atticos, per leges, perinde ut utris licet et suffragium ferre, superae numero virorum partem, ob eamq; rem à Minerue, quā Greci vocat ab lava, id est, Athenam, esse Athenas nomen urbi inditum. R O B. De qua fecit illa bausisti? narrasti fabulam, uel historiam prodigiij? P O L. Fabulam, quia scio te rugas stoma-  
chari, de industria omisi, quam Poeta in primo Georgicorum tangit, ita invocans:

— Tuq; o, cui prima frumentum

Fudit equum magno tellus percussa tridenti.

Et paulo post: Oleaq; Minerua Inuictrix. R O B. Si historia est, non fuit prodigium: ecquid enim causae ortus eius arboris existere potuit, cur suspicaretur ali quid de nomine imponendo novo oppido, esse prae-  
ciatum: qui quotidie uideamus eiusmodi arbores, que nucleis uel bacis seruntur, in alienis locis nasci: ut unum in queru, lauru in ceraso, et rasum in moenibus,

semine

semine in celo, aut ita aliquas corticam rimas casu ab aribus deportato, vel humana si projectio, et tamē nullum inde evictum sequitur. Item ubi loco rū non manant fountes, si terra quæ facta est aquis, parum scalparatur? Quare nō video in ea re aliquid incise præfigi. O' cecidat uerè amenium hominum, ita Minerua, olea in dieno loco nata: ita Neptunus, fonte subiecto sae turiente admonitus, Atticā suis numerib. honestauit. Fuit illa nempe ars, fuit demonū, qua Cecrops circum ventus, eos de reminiſcē querenda, utpote que nullā addubitationem afferre debuisset, stulte consuluit. Paratus es, cerno, illud mihi opponere, Pliniū libro Naturalis historie xvij. in prodigijs habere, si arbores in suo non crescant solo. P O L. Eram sanct. nam ille tradit. prodigio fieri ex dulcib. poma acerba, aut dulcia ex acerbis: ex caprificio, sicum: ex olea, oleastrū: item arborem in Cumano subsedit, et inde megnos rerum motus, bellorum etiā ciuilium sequitos. R O B. Bella mehere quæle euentorum prædictio: perinde quafion licet in dies singulos videre letas sterilesccere ar bores, ac steriles rursus secundas fieri, si in pingue solum transferantur. id quod demonstrat Vergilius libro Georgicorum secundo:

Sponte sua que se tollunt in luminis auræ,  
Inſcieunda quidem, sed leta et fortia surgunt.  
Quippe ſolo natura ſubiecta tamē hæc quoq; ſi quid  
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubaltis,  
Exuerint ſylvestrem animum, cultuq; frequenti  
In queſcung; uoces artes, band tarda ſequentur,  
Necnon et ſteriliis que ſuirpibus exit ab imis.

Hoc

Hoc faciet. Item nō constet, magnis aliquoties or-  
tit in bribus, paſſim fieri in agris labem, terraq; deſi-  
dere, ad infinitam altitudinem, ac nullas, nedum arbo-  
res in illum hiati ſepenumero corrueſe. Que quum  
ita ſint, ſimiliter lenitatis iudicio eſſe talia obſtruare,  
indeq; rērum euentus quorum in iis band uilex exiſte-  
re potuerū eafe, metiri, quorsam pufillus culex te-  
dat iter, dum acerbe ſtridens medijs feruoribus, circū  
Padi ripas uolitat. P O L. Ad alia tranſeamus. Linius  
libro ab Urbe condita primo, refcri Seruio Tullo, qui  
Tarquenio Prisco Romanorū regi in regnum succes-  
ſerat, caput arſiſſe, et Tanquilem reginam prodigiū  
interpretata, affirmass̄ uiro futurū, ut ille puer ſum  
mos conſequeretur honores: id quod euenit. R O B,  
Quod euenit, intelligo: at cauſam non reperio, quia  
nec querendam puto. flammam enim illam pueri dor-  
mientis caput complexam, Plinius affigiat mirabili i-  
guis naturae, ita libro ſecundo, cap. evij. ſcriben: Quia  
et repentinor ignes exiſtere, et in aquis, et in corpo-  
ribus etiam humanis emicuisse, Traſimennam lacum ar-  
ſiſſe totum, Ser. Tullio dormienti in pueritia ex capi-  
te flammam emicuisse: Luciam Martium in Hispania,  
interemptis Scipionibus, concionantem, et milites ad  
ultionem exhortantem, arſiſſe ſimiſ modo, Valerius  
Antias narrat. Vide, nihil hoc loco flammam porten-  
diſſe, Plinius dicit. Sed neq; Linius Lucij Martij flam-  
mam prodigiosam probat, quum libro tertiae Decadis  
quinto, ſic de ea meminerit: Apud omnes magnum no-  
men Martij ducis eſt, et uere glorie eius etiam mira-  
cula addunt, flammam ei concionanti fuſam ē capite,

ſine

sine eius sensu, cum magno pauro circumstantium misitam. Hec ille. Flamma ergo altera Scrui regnum predixit, altera uero Martio hanc quicquam? At dicit: Iunio Martio uictoriā, quam de Carthaginensibus paulo post reportavit. Respondebo, iſtuc à Romanis militib⁹ minimū notatum, qui, uti Lilius ait, flammam loco miraculi, non item prodigi⁹ habuere. Et id quidem sapienter. nam tales flammas Aristoteles Meteororum primo, docet mira naturae ut, in infima etiam regione cœli gigni, uariisq; praesertim formar. Atq; hinc concludere licet, illam flammam Scrui uana hominum opinione prodigi⁹ regni fuisse, postquam talia naturae opera uolunt uetusas non ratione, sed sola simili euentorum obſervatione metiri, causamq; eorum dementer ducere. nam non flamma fuit in causa, quemobrem Priscus Tarquinius Scruiū sibi generum delegerit, ei enim filiam despondit: sed eius indoles, eius genus: quippe ille Tullo patre regia familia orto, qui Corniculi excidio, pro patria fortiter pugnans interierat, & Ocretia matre nobili muliere natus est, habitusq; seruus, quod mater grauidā apud Tarquinium captiuus fuerit. P O L. Vis illud saltem dare, eam flammat inecissē Tanquilis animo Scrui indolis præfigionem: quandoquidem Cicerone testit, in Platone futura eloquētia ex eo præuisa dicitur, quod ei in eunis parvulo dormiēti, apes in labellis cōfūcēti. Idem quoq; in diuo Ambroſio accidisse, memorie proditum est. Quid, quod Midas illius Phrygi⁹ dimitiā fore immates prædictum est, qd ei pueru dormiēti formicē in os tritici grana cōgeſſerint? R O B.

Concedo.

Concedo, si ista omni modo vera sunt: nam uidentur  
mibi belle coniecta. aut, sicut iudicis creditur, si natu-  
rālē facta non negaueris. Nec obstat, quod Plato  
et Midas nostri cines non fuerint. Etenim tantum  
apud Deum uirtus et beneficia ualent, quæ uel in  
ijs ambobus, illæ fore prospexerat: ut (autore diuino Au-  
gustino) libro de Cœnitate Dei s. Romani sic meriti  
fuerint, ut ipse Deus uetus quem non coluerat, eorum  
adixerit imperium. P O L . Luculentter, scienter,  
sententiose ac uerisimile tu quidem, ut omnis semper,  
que scire cupueram, explanasti. Quare iam necessa-  
riō et sermonis et ambulationis finem faciamus. nam,  
uti uides, tempore excludimur, Sole se uanante ad oc-  
casum tendente iter.

## LIBRI SECUNDI FINIS.

POLYDORI VERGILII VRBINA-  
tis, Dialogi de prodigijs liber  
tertius.

ROBERTVS.

I Stum tertium dicū, qui iam obrepit ne nobis qui-  
dem uacare sinamus à disputatione, quò tandem  
secundis quasi uentis huic uelli, cursum nostri sermo-  
nis de prodigijs feliciter conficiamus. Quoniam au-  
tem in oratione tua, que hanc scio quæcumq; in se ha-  
bere posuit ueritatis et rationis, quam in re super-  
stitionis ac uana uersetur, ut insit saltē ordo, pla-  
ceat illam manare à partibus quatuor: querum una sit  
ominum,

ominum, ostensorum, auguriorumq; : alia motuum cœli atq; terræ: tertia monstrarorum, ac portentorum: quarta mirabilium, que omnia antiquitas in prodigijs habuisse uidetur, quo sine ullo errore, ad rationem veritatis nis perueniamus, à nobis iam inita. Ac sic ut commodumque cecepisti p[ro]f[ess]o: quart, & ipse simul ad ea arguementa, licetbit. P O L Y. Gandeoutiq; prescripsisse mihi te, quatenus à me disputari uelis, qui ne digitum quidem à linea discedam. Sed iam ad rem. Quam Aeneas ad Italiam aspiraret, Anchises eius pater omen futuri tumultus notauit ex equis, quos uidit pascentes. Vergilius est testis, qui libro Aeneid. iij sic canit:

Quatuor hic primū omen, e quos in granaria uidi  
Tondentes campum latè, candore nitidā.

Et pater Anchises: bellum ô terra hospita portas,  
Bello armantur equi, belū bac[er] armata minatur.  
Romulus, orta cū Remo fratre de imperio discordia,  
angario rex: & declaratus, qui urbem conditā ex suo  
nomine Romam appellavit, que etiamnū urbis regina  
habetur. Lucius Tarquinius Priscus, Demarati  
Corinthi filius, ob seditionē domo profugus, & in  
Hetruria profectus, quā Tarquinij pateret Romanus  
ita accidit, ut ei ad Ianiculum carpento sedēti, aquila  
pileam sustulerit: & quam altè uolasset, inde reuersa  
capiti reposuerit. Tum Tanquil[u]m uxor, ut Tusca mu-  
ller, ab incunis etate prodigiorum petita, omē futurū  
imperij ex ea re accepit, ac non multo post Priscum in  
Anci Marit[u]m Romanorum regis demortui locum sur-  
rogatur. Tarquinio Superbo Romanorum regi omē

perpe-

perpetuitatis Romani imperij subito extitisse fertur, quod dam in Tarpeio monte, templi Iouis fundamen-  
ta faceret, Terminus deum, cui cum nonnullis alijs diis, facillum eo loci erat, noluerit augurio cedere. Sed ex  
magnitudinis imperij inde osten alterum sequutum.  
quippe in ipsis fundamentis, horum caput integre fa-  
cie repertum, quod ex monte no men Capito luna in-  
didit. Tertium superioribus contrarium postremo re-  
gi fuit, quem anguis in regiam irrepserit, ex quo Tar-  
quinius casum suum conjectura auguratus dicitur. au-  
tor T. Livius. At hæc obseruatio multo celeberrima  
ad posteros manavit: nam Marcus Marcellus Consul,  
collega Tito Quintio Crispino, qui immolarebat, in pri-  
ma hostia iecur sine capite invenitum: ex Cæsini ex-  
amen apium confedit, muresque in Capitolio aurum ro-  
scrunt. Illo ipso die ambo consules iuxta Tarætum, ab  
Antibale insidijs intercipiuntur. in quo tumultu Mar-  
cellus interfactus est. C. Domitius Aenobarbo, L. Quin-  
tio, consulibus, Tybris contra quam consueverat, loca  
plana urbis inundauit. Haud itam multo post, bellum cum  
Antiocho Syriae rege ortum. Paulus Aemilius Cos.  
post D X C annum, quam urbs condita est, iturus ad  
bellum faciendum Perso Macedonia regi, omen ui-  
ctorie accepit a filia, nomine Tertia. It è sensu do-  
num rediens, offendit puellam tristiculam: sciscebat usque  
quid esset, cur ei dolor inureretur? Mi pater, illa in-  
quit, Persa perire. Tum pater puellam artium comple-  
xit: Accipio omne, inquit, filia, non catella. Persa no-  
mine, mortua erat. Id scere temporis, duo angues in le-  
do Sempronij Graecchi reperti sunt, quos ut ille com-  
prehendit,

probendit, ab erupcione monitus est, si mare emisisset, uxori brevi tempore esse morientem: si foeminae, ipsa qui tantum absunt, ut suam Corneliae uxoris uite salutem prætulerit, ut foemina protinus emiserit, ipse pater ei post diebus e uita excessit. Huius Gracchi filius Tiberius, Tribunus plebis, eo illio die quo est in Capitolio interfactus, offensionem pedis ut dirum et mali omnis ita abhorruit, ut domum redire voluerit, sed amicorum hortatu confirmatus in factu incidit. C. Claudius et L. Petellius Coss. quoniam, ut moris erat, immolassent victimas, iecur subito tabuit. Nec ita multo post, Claudius morbo, Petellius Ligurum armis interiit. M. Marcellus, P. Sulpitius, Coss. dum comitia fierent, milites uolans mustella reptans de luce cœla in medium consedium patrum demisit. Eo ipso anno ubi uis gentium pax parva est. Iam tum, credo, in hominum mentibus iherat, mustella occursam omniosum esse: id quod hodie obseruatur, quando R. cipub. Romana bono fuit, quod illa mustella e medio sublata est, ut ne ultiro citroque ad comitia comeantibus forte obvia facta, metu aliquam impendentis periculi imprecaret. P. Africano, C. Fulvio, Coss. Minturnis lupus uigilie lanianit. In Sicilia, Romanus exercitus à fugitiis superatur: Antiochus Syria rex quem Partibus bellum faceret, hirundo in eius tabernaculo nidulata est. Ille coniesso prelio, occiditur. Scr. Flacco, Q. Calphurnio, Coss. bubo in Capitolio cecinit, quem apud Numeniam res Romana inferior fuit. P. Plautio, M. Fulvio, Coss. bubo in Capitolio nifus, quem Fregete ob facta in Romanos coniurationem sunt diruta. M. Aemilio, D. Bruto, Coss.

Didius Lelius Pompeij legatus, quū aduersus Q. Ser torium in Hispania bellū gereret, inter publatores occiditur: quod fatum ipse sibi timuisse dicitur, pro pterea quod uiderit accipitrē supra caput uolitancem. Sergio Galba, M. Scauro Coss. axis incendiaria in Ur be nūsa, quū Pado ac laca Arretino intumescente, mul ta hominū milīq; obruta sunt. C. Iulius Cesar dicta tor, illo die quo primū in sella aurea sedi, quum sa crificaret, in bonis opimi extis cor non innenit, unde suum interitū presentire potuit. M. Lepido, Munatio Plancus Coss., dum apud Philippos Thracie urbem Brutiani milites in prælium contra Octavianum, & M. Antonium irerat, in castrorū porta offendens Aethio penit: quem tamēscit officiis aduerso rei nuncium illico trucidarū, tamē pugnatum est, & Brutus ac Cassius duces interierunt. Circiter annum salutis hu mane, L. Claudio principe, in Britannia simulacrum uictorie quod Camuloduni erat, subito conuersum re tro, quasi hostibus cederet, quam facta repente insulanorum rebellione, ad L. X. Romanorū spiciorumq; millia cesa sunt. Autor Cornelius Tacitus. Anno salutis M. L. X V II. quum Guilielmus dux Normaniæ infestis armis anglā attigisset, ubi in terrā descendit, uictorie omen accepit, ex eo, quod ali: in bareneue stigia posuisset: qui statim posl, superato Haraldo re ge, in insule possessionem uenit. Quid, quod omen ex quavis re accipi solet? Nam ex aurilē sono, bonum vel malum: ex mini salis' ineffusione in mensa, obsernatur etiamini. Item nostrorū quoq; monachorū occurserit, presertim matutinus, uulgō omīnosus habetur, eaq;

Nam

## De prodigijs lib. III. 21

Zana opinio ubiq; gentiū, per hominū animos iempri  
dem peruerterat. Sed ex innumerabilibus, iam ne plu-  
ra: quando reliqua omni a eiusdē generis sunt, ita ut si  
hic quis refutauerit, cetera iaceat necessē sit. Tu er-  
go qd habes de iis dicere? R.O.B. Perorati, pro tuo in-  
re: nunc ad pestiferas ueterū nugas, demonūq; tecbas  
pasca refellendi causa respōlebimus: et ad id omnīs  
im primis, quod ait Aeneas ad Italā applicanti primū  
exitisse. Anchises equorū ostento, bellum Aeneae filio  
cum Italīs fore conieclauit, idq; tu Vergiliū testimonio  
comprobasti, nec ultra progressus ad alia transiūisti.  
**Q**ue malū est ista tua reticentia? dimidiat à enim An-  
chesis interpretationem re citasti, callideq;, ut reor, sub-  
ticuisti, que ille de eis apud cundem poctam subic-  
erit, inquietus;

Sed tamen ijdēm oīai curru succedere suetū

Quadrupedes, et frena iugo concordia ferre,

Spes est pacis aīi. Nota, quæ so, quæ sit cōuenienter  
et coniuncta constantia interpretatiois ostenti, quod  
ist utrang; partem sic uertitur, ut nihil certi ostendere,  
nihil fidei facere poscit, quem inter se ualde repugna-  
tia contineat: nil enim est tam paci contrarium, quam  
bellum, atq; bello, quam pax. Vnde sequitur, ut illi ē-  
qui casu id temporis ita pascentes, non uideantur ali-  
ud certius cuiquam portendisse, q; nentri satietatem,  
atq; herbe perniciem. Quid autem Romulus urbem  
Romanam auspicio condidit, quid fecit aliud quæm quod  
perspicue ostendit, se cum oculis tumiente capitu exi-  
stire, esse in prouidentis reb. augurandi scientiam:  
et exemplum posteris reliquit, quod insanirent perpe-

tuò! Id quod naviter est secutū, non tanti semper Ro-  
 manis eius institutū, tametsi delyratiois malefice ple-  
 num, fuit, ut illud mordicus omni tempore, atq; accu-  
 ratè retinuerint, ad vulgi magis opinionem, quā ad  
 ullam reipub. utilitatem: quamvis pro certo semper ha-  
 buerint, Romulum auspicij, Numam factis constitu-  
 tis, taliis ciuitatis iecisse fundamenta, ut nunquam cade-  
 re posset: qui ita falsis opinionibus adducti, augurum  
 quasi aeternorū rerum rectorum collegium, inq; con-  
 siderant. O' uim erroris uobementem, Videamus, per  
 deos immortales, quātū aues suo uolatu, garritu, gu-  
 stu, aut cantu, rebus humanis emolumenī utilitatib; q  
 attulerint, quando ipsa Romana ciuitas summa augu-  
 riorum obseruatrix, funditus contra Romuli auspiciū  
 tandem omnibus libertatis bonis, statim post septuagin-  
 tesimam annua, quām condita fuerat, à C. Iulio Cesa-  
 re euersa est. Ita Romani operam auspicijs faciliter da-  
 tam luserunt. Quod longè prudētissimus Solomō ita  
 p̄suuenire, scienter demonstrat, quām de homine men-  
 dacil oloquitur in suis Proverbijs: Qui nittitur mendacijs,  
 is p̄ficit uentos, idem autem sequitur aues uolan-  
 tes. Porro ille perinde frustra laborat, qui sequitur a-  
 ues uolantes, quā cōsequi nequeat: ac qui eātū obſtr-  
 uat uolatum, quās quorū sunt itur, nemo bono cer-  
 tum scit. Ceterū iam ad rationem naturalem uenia-  
 mus, qua duce, omnēs, spero, ueterum religionēs era-  
 dicabimus. Siquidem bellue sensu tantum mouentur,  
 ad idq; solū quod adest, quodq; præsens est, se accom-  
 modant, nihil præter serenas turbidas uic temp̄states,  
 uti à nobis abbinc biduum, in primo nostro sermone  
 appositē

appositè demonstratū est, futurum sentientes. Quocirca aues, ut rem nostram tantū agamus, nature impulsu, uiguntur sui corporis motu, ut uolant, membraq; porrigit, contrahit, siccunt, contorquent, eaq; omnia ante efficiunt, quād cogitent. Que quā ita sint, quotusq; est adeò mentis errore afflitus, cui perterritū uideri debeat, si aues hāc atq; illac volantes, se se in unum vel alterum locum abducentur à dextra, tunc à sinistra parte canant? Nam nostri, teste Cicerone, sinistra, Græci & Barbari dextra, meliora ducebant. si quam fame afflicte raptim pascuntur, aliquid ex ore cedat? si tripudii deniq; faciant? Et tamen mortales quamplurimi insulsissime eos moti ut, ut certa retū futurum signa, olim obseruabant: perinde quasi aues ipse, Louis, qui eis inflar Dei omnipotentis erat, inter pretes fuissent. Atq; beccatio facit, ut hominem, unū animantium omnium rationis & consilij plenum, non mediocriter pudere debeat, credere Deū dare sibi uitia ad exitum rerum prænoscendos, per anicula: que quā uolitare incipiunt, ipse nesciunt, quō ire uelint: ac ita fidem præbere eruſicinæ arti, post hominū memoriā fraudulentissimæ, ab Heretiscis, ut ipsi predicabant, quondam questus faciendi causa fallaciter excoxitate: que quatenus ualeat, haud quisquam omnium dilucidius festiuinoq; edocuit, quam Mæſſolanus, homo iudeus, virq; rei militaris scientia, et singulari prudenter predicit. It, teste Iosepho contra Appionem, post Alexandri mortem, Macedones Græcosq; sequutus, quā aliquando in expeditionē duceretur, & in itinere augur uisa in arbore ave, auguriū caplare uellet, utrū

O s      præstaret

prestaret, pedem ex eo loco efferre, an referre, atq; ib-  
 beret agmen cōsistere, statim religionē auersatus, cum  
 uncu sagittis confecit. Quo uiso, angur & socij quā  
 tra flagrarent, ille auem de terra sustulit, atq; inquit:  
 Eequid furitis malī demones! ecce autē, potuit ne istuc  
 nostri itineris eurnū predicere, que sue salutis uescia  
 fuit: si enim futura praeuidisset, haudquaquam se in eum  
 arboreum contulisset, metuens ne à Mossolano sagittis  
 peteretur. Quod tu documentum sapientie plenū in  
 tuo de Inuentoribus rerum opere, cōmodum posuisti.  
 Iam exploratū habes, aruspiciam rem cōmentissimam  
 esse, hicq; ita lacere, ut qui ei fidem adiungat, in mani  
 festo errore uersari dubiū non sit. Sed fortasse mibi tu  
 non impediū, nec ab re, obīscies illos cornos, quos in  
 Regnorum tertio libro legimus, apportasse in solitu-  
 dinem Heliæ prophete cibaria. Cuius sane rei nihil est  
 quod aut causam, aut rationem reddendam queras,  
 quam illud factum constet iussu Dei cuncta regentis.  
 Est quisquā, qui tanti rectoris censor esse possit, uel de  
 beat! Hæc bassetus satis commode, sermonis gratia.  
 Verum res nostra bene se habet. iampridem desitū est  
 apud nos augurari: nunc aniclas, ut Dei nuntias nō  
 obseruamus, sed eas animi causa, interdum capimus,  
 dulciterq; edimus: id quod Christiane religioni dunta  
 xat referendū est acceptū, que nos ita insituit, ut tandem  
 aliquando saperemus. Ad reliqua transcamus.  
 Quod per aquile augurium. Tantaq; maliter Hetru-  
 sca perita fraudis profexit futurū, ut Tarquinium Pri-  
 scus uir aliquando rex crearetur, id nego esse factum,  
 nam Luius non traxit quempiam, praeter uxorem, ni  
 dispe-

disse aquilam auferentem, & reponentem eum capiti  
plicanti. Tanaquil potius auro, cuius copiam habebat,  
quam angario freta, iampridem, ut testis est idem L.  
uini, auro, quem honoratum videret cupiebat, Romanum  
migrandum existimarat, quod ei in metu uenisset Ta-  
rij regis, hominis Sabini, qui in ea regnum obtinuerat:  
item Name aduerte, ad id accessisti: quorum exemplo  
mulier honoris auditate inflammatu auro persuasit, ut  
ab Tarquinij Romanu petret. & quum audiret no-  
num populum facile ut rudem ad anguriorum admirata-  
tionem rapi, eo artificio uisa est, quo multitudo addu-  
cta, simulq; largitione excitata, Priscum dignū fortu-  
na quam amplissima putauit. Ad omen perennitatis im-  
periū Romani ueniamus. Terminus deus noluit Tar-  
quinio Superbo regi, templū Iouis in Tarpeio monte  
condituro, cedere loco. Sic ianuam certa quasi opinio  
per animos bowinum peruerserat, rem Romanam per  
petuum fore. Vnde illud apud Vergilium, Iouis oracu-  
lam: Imperium sine fine dedi. — Ad id uel Horatium  
alludit, quam libro tertio Carmimum sibi blanditur  
de eternitate sui operis, ita canens:

Non omnis moriar, multaque pars inci-  
vitabū libitinā, usq; ego postera  
Crescam laude recens, dum Capitolium  
Scandet cum tacita uirgine pontifex.

Sed heu, ut omen uanum, ita nibil ualuit. ecce dicit enim  
tantum imperii, uel etiam ante diem, quum mix DCC  
annos libertati incolumi steterit: tot siquidē à Romu-  
lo urbis conditore interfuerunt, usq; ad Cesarem &  
Pompeium, Reipub. curesores. Catullus:

Eo nomine urbis opulentissimae  
Socer, generis; perdidisti omnia;  
Rei magnitudinem alterum omen, uti exposuisti, por-  
tendit, quod reperto in ipsis templis arceis fundame-  
tis humano capite, nates prouinciarint, eo loci arce  
imperij fore. Hic te extenuis vacuo animo attentum uo-  
lo, ut tandem intelligas eos nates dolis semper armatos,  
cuiusmodi ostenti fraudulenta interpretatione, et arte  
suam omni religione, et mortalium pectora, si sapue-  
rint, solicitudine querendi futura, in perpetuum cua-  
cuasse. Viso ostento, senatus legatos in Etruriam mi-  
fit, sciscitatum quid portenderet. Olenus Calenus, longe  
id temporis celeberrimus natus, illud omni fortuna-  
tum ratus, per callidam interrogacionem in suam gen-  
tem transferre tentauit: quippe qui postquam circum-  
ducta baculo linea, locu[m] ponende edis in solo ante se  
notarat, sic fatus est: Hoc dicitis Romani, hic templū  
Iouis futurū est: hic caput inuenimus! Romani à filio  
patris admoniti, si responderet, Hic, futurū in Etruriā  
transfertū, responderunt: Non equidem hic, sed Ro-  
mae, caput inueniū dicimus. Ac ita retentum auguriū.  
O inauditam delirationem, maximē tamen utilem nō  
temere quicquā credētibus. hinc cognoscere licet, quid  
ponderis auguria, quid ostenta, quid portenta apud  
nos habere posint, si recta sapimus. Sed quia uno ar-  
gumento, cetera id genus insularū mentium commen-  
ta repudiada ducimus, utemur istiusmodi fatalis rei de-  
finitore locuplete Plinio, homine eiusdem secte, atq[ue]  
illi fuere, qui prodigia primū obseruare coepit. Is  
iustq[ue] lib. Natur. historie xxxviiij. Postquam Oleni uatis  
frandens

fraudem descripsit, ac alias tale quid accidisse, quam  
 quadrigae fictiles que in fastigio eiusdem templi posse  
 esse erant, in fornace crevissent, ita subiicit: Hęc satis  
 sunt exemplis, ut appareat ostentorum uires & in no-  
 stra potestate esse, ac prout queq; accepta sunt ita na-  
 lere. In augurum certe disciplina constat, neq; diras a-  
 ues, neq; ulla auspicio pertinere ad eos, qui quamq; rē  
 ingredientes, obseruare se ea negauerint: quo munere  
 divine indulgentie maius nullum est. Hactenus Plini-  
 us. Hec autem summa nostra disceptationis, hoc una  
 ratio, conclusio, & ueritatis testificatio, tibi instar sit  
 omnium argumentationū: quando tum testimonio tanti  
 autoris diluxit, in anspicijs, in prodigijs nibil religio-  
 nis, nibil fati, nibil uerti inesse: sed uiam tantum super-  
 fictionis opinionem nostram existere, quū illa sine ista  
 non habere uim ullā in nos, iam certo scimus. Ex quo  
 sequitur, ut nullū sit neq; auspiciū, neq; auguriū, neq;  
 prodigiū, si nos nullū obseruemus: quo profecto nū ue-  
 rius dici potest. Quū igitur sis rem aliquam inchoatu-  
 rum ora Deum, ut felix faustumq; sit, eiq; uni cum ea  
 cōmittas, preterea nulli alijs, neq; aliibus, neq; porten-  
 tis, neq; extis, neq; falsis ueribus: id quod si feceris, res  
 tua cōmodum cadet, & ad te prodigia minus pertine-  
 bunt: quod Plinius munus diuinū appellat, & id quidē  
 sapiēter. nam quū tot male artis ad nos peruenient,  
 beneficium Dei est, si ab illis possumus manū abstinere.  
 Desine proinde obseruare, ac credere, auct, alias uer  
 būs, siue celi & terre motis, aliquid tibi portendere,  
 quod facere in tua est potestate, ut Plinius ait: atq; sic  
 misera liberaberis sollicitudine. Animaduerte quo,

O s cuiusmo

cuiusmodi erat illud inuicti capitum faciem, si fraude Heros fructis bono, et Romanis malo esse posuerit? Vnde proficeretur an à Deo quæ aiebant sic dare uias morte libus, ad significationem rerum futuram sciemus? Quod si ita esse facias, apparebit incertitudinem cadere in ipsum Deū, quo nil ab eo est alienius. Ergo non est quod amplius dubia de prodigijs sumamus, pro certis atq; cōcessis, quā corū uires perinde in nostra residet opinione, ut morbi gravitas in agrotantū cogitatione: si enim uelutenter febris accessio menti inhaeserit, ita sicut, ut citius accedat. Atq; hic omnis nostri sermonis pugna senescat, quā obseruare prodigia, sit amicitiae, non obseruare, sapientiae: ex qui curauerit, se metu aut uana spe onerabit: et qui non curauerit, se periculo eximet. P O L. Ne ualeam, si pato rem de qua summa cōtentio erat, quē quem præter te, acutius ueriusq; tristare potuisse: attamen ex cōtrario argumento perspicuum uiderint, auspicia seu prodigia ad nos pertinere, si ea attendamus: id quod euangeliorū exitus, quos antea do cui, facile cōprobant. Quomodo igitur accidit, ut si talia portenta obseruemus, in nos ualeant; sin minus, nihil ualeant? R O B. Quod non ualent, de ea re nuper dīctū est: quod uero ualere putatur, id sit arte demonii, qui semper prætò sunt, ut nobis insidiētur, et illud qui dcm non sine Dei nutu, qui uult nos tentatos, quod de nobis periculum fiat, utram perfici iuueniamur, nec ne. Virtusq; Christi in uerū esse docuit, qui tentari uoluit, ut est apud Mattheum. ac apud Iohannem sic Pilato respondit: Nullam haberes in me potestatē, nisi data es sei tibi de super. Ergo istiusmodi momenta rerum nobis negligē-

negligenda sunt, ne si ea curanda duxerimus, nostro  
merito demonum infideli circumcidiamur. P O L.  
Teneo nunc rellè: in uero catena persequare, rogo, ut  
ne regulam nostri sermonis, quā dedisti, tute prior rū-  
peremus. R O B. Cogit me ingredi in negoti-  
um iam confectum. quippe probavi ostenta ex nostra  
familia opinione pendere, que una ratione & portentis  
& prodigia tollamus, ac cōtempnamus, consentaneum  
est: sed tibi operam uel longiorem dabo. Regi Tarqui-  
nio Superbo propter regiam iuso angue, uenit in men-  
tem, credo, uenenum suę conscientię, quo demum con-  
fectus est. Hec emissio alterius anguis Gracchus morte  
portendit. Si neutrum Gracchus emisisset, boni patris  
familias officium fecisset, qui nullum debet noxiū ani-  
mal circa suam domū esse, pati. Hoc inquam si fecisset,  
aruspices non responderunt, quid sequutum esset, adeò  
fecū omnes de lycra petuolebat. Quod M. Marcellus,  
C. Claudio, L. Petellio, C. Julio Cesari, more patrio ui-  
ctimæ immolantibus, iecur primum sine capite, deinde  
tabefactum, & mox nullam cor extitit, eisq; mortem  
portendit, id magis rideo, quam miror, quia longe di-  
gnus supplosole pedis, quam responsione iudico. Ho-  
rum omnium causas si quereremus de aruspiciis, nul-  
lus, opinor, sciens reddere, inscitiamq; belle excusa-  
rem, quod extorum inspiciendorum potius, laniorum  
atq; medicorum, quam suum officium esset: nam reue-  
ra, melius lenius quam nates, medicus quam hariolus,  
intestinus sedulò uisis, si sana, si putrida si macie atte-  
nuata, factre iudicium potest, an bestia uictura fuisset,  
nisi esset occisa, aut homo incognito morbus mortuus  
quibusq;

quibus remedij potuisset iuuari, quo sic iuorū salutis consulatur. Quidam istuc munus ad pastorem & agri coleam atq; adeo pertinere dixerim, ut ille si exta maleficia videat, protinus cetero pecori prouidere, passua mutando: & iste habitu atq; colore corundem, sterilitatem agrorum uel fertilitatem futuram, si Democrito credimus, percipere, eaq; rei domesticæ metu reprospicere posse. Sed inquires: Cur uates illi, quum eorum munus non esset, per exta diximabant? Quia im postores erāt importunissimi, & quum eis nulgo crederebant, ex fallacia, multo fallaciissimam artem conficerunt: que tandem evanuit, quando bonimes ministris creduli esse cuperunt, id quod ergaunt nostra tempora. nemo enim nunc per exta iudicat, propterea quod nullus tam uecors est, qui fidem dictis habeat. Cui animal posset persuaderi, esse in extis aliquam ubi, que declareret futura uel aliquid animal, quod sanguinem habeat, sine corde esse posset quum Aristoteles lib. 4. de Natura animalium, affirmet nullū unquam animal quod corde careret, esse natū. Ut igitur ista omnia naturam, ita fidem excedunt. Item examen apium quod Cesimi confedit, & mures qui aurum in Capitolio roscunt, ac Tyberis incrementum, fama tenet pericula & bellū ostendisse. Pulchritudine notata sunt: examen apium damno fuit ei, ex cuius agro, aliud aduolauit: mures aurū rodendo, fortasse aliquem dentū fregerunt: sed mirabilius extitisset, si uorassent aurum, quum murium proprium sit rodere. Incrementū Tyberis uelut bellī furor, per agros magnū sepe facit labem. Rei ridicula nimis scriā habes interpretationē, qua te cōtentum nolo:

uolo: festinans ad omē Macedonice uictorie. Laciū  
Paulus iturus ad bellum contra Persicum Macedonie  
regem, omens à filia consequende uictorie, ut exposui  
sti, accepit. omen fuisse nego, in quo nulla neq; natura  
lis neq; diuina existit ratio. Num uox puerilis, tam de-  
ti patri à Senatu negotijs quā rei gerende nescientis,  
potuit de tanto belli exitu quicquā certi significare?  
aut Deus per mortem catelle, uoluit ducem copiarū  
uictorie autē monitu? Fuit mentis erratio, uel bonoris  
cupiditas. Paulus ardita Persicē catelle morte, putauit  
allusionem ad Persē regem, quem uincere cupiebat,  
nominis similitudine factam, uel in cōmodo domestico  
se maius euasurum damnum, atq; sic se in columem ui-  
ctorisq; belli redditurum. Nam nunc etiam ea insanis  
in vulgi opinione manet, ut si quis cibarū animali ani-  
serit, ita se consoletur, ut ducat morte animalis expia-  
tum esse, si quod familie impenderet malū. Mittamus  
igitur de eiusmodi omnium superstitione disputatione, ne  
bonum tempus fabulis demus, quando minima queq;  
offensio animo insano omen dare potest, uti Tiberio  
Graccho accidisse dixisti. Exempli causa: Quis ad bel-  
lam iturus, ubi bodie plus tormentorum boatus, quām  
armorū strepitū existit, si socū fortē (ad sit reveren-  
tia uerbo) oppedentem audiuerit, num merito suspica-  
bitur, se tormentorum ictibus periturum? Ac sexcentis  
talibus rerum momētis quotidie terrebere, nisi ea ipsa  
duce ratione despiciere, ac Deo te traq; scimper in tu-  
telam cōmittere uolueris. Quod mustella, quod lupus,  
bestiae iniurificate sunt, nil mirum, quārē reptu uirame:  
Et præscriptus lupus, qui fame affecitus non modo non

mittit,

terra, sed ne humana quidem carne abstinet: nam ne  
 eterno tempore cum homine congredi non formidat.  
 Ergo res noua non fuit, si vigilem leniuit: nec conu-  
 nit, ut stulte ad nostram ueritatem perniciem, quoties  
 basse bestias uenantes uideremus. Item quod bubo, quod  
 birundo, quod accipiter, quod incendiaria que fintur  
 nix vocatur, uel quacumq; que ex sacris aris carbonē  
 ferat, fatalis fuit, non video quid sibi uoluerit antiqui-  
 tas, in eiusmodi rerum admodū tenuiū obſervatione.  
 si enī aues iste fatales erant, seueretur, ut aliquid  
 ſemper mali enūciarent, ſignumq; nō aliud niſi triste  
 darent. Sed quā tu ex ueterum oſcillatione, ut ita poti-  
 us dicā, quā ex obſtruſione, demōſtraueris, bubo-  
 nem rem modò letam, modò exitialem Romanis oſte  
 diſſe, iam iſtud cōtrā eſt, quā ſatum ferat: quia quā  
 omnis prediſio mali eo probetur, quod cautio adin-  
 gitqueat, quomodo id fieri, ſi nunc ſignum internosci  
 nō potuerit? Atq; ita innocētes amicule huic illueſce  
 querendae cauſa uolando, uel natura duce, crebro ca-  
 nendo, ſi te circumſteterint, nō eſt quod uertare, ſi fa-  
 piſſe: at tua ſelſa potius tibi putes bona mala ne portē  
 dere. tametſi etiam nunc ſunt quā plurimi, haud ſane  
 uenient homines, qui bubonis uocem ut fatalem abhor-  
 reant. Sed illud uel magis rugatorium, dicere, nedum  
 credere, birundinem in Antiochi tabernaculo niſula  
 tam ſignificasse ipſius regi exiūm, quām quis illa no-  
 bis domeſtica non alibi quā domi noſtre ſoleat libe-  
 tius niſulū facere. Quod poſtemò in Britannia, ſunna-  
 lacrum Victoria paulo ante Romanorū cæde, retrō  
 conuertſum fuit, et Gulielmo Normanorū duci altum  
 pedis

pedis uestigij regni adipiscendi omen extitit: alterum fraude humana factum dixerim. nam ita Britanni ad defensionem parati, Romanos eius superstitionis uene no à pueris imbutos terruerunt, ut suis minus uitribus confidarent: alterum uero uanitatis plenum. Esto, dux quia in arena altè fixit pedem. ita futurum coniecarūt, ut Angliam obtineret. Quid illud fuit, quod tale quid sperare posset? Nempe nihil cōmune habet pes cum imperio, quum sit una pars corporis: uel arena, cura tam nobili regione. Bella magis amentia, quam metaphora. Fluxit pes, quare? Quia arena suapte natura arida fluctuat, solidum iter non prebet. Eiusdem quoq; generis omni ex sono aurium, uini salisq; effusione putato. Auditū, Plato in Timaeo definit esse pulsationem quoddam ab aere, per aures, cerebrumq;, & sanguinem ad iecur penetrantem. Tentantur autē ares, auctore Galeno, suis morbis, & maximē quam fit inflatio eius spiritus exitu prohibiti, cuius rei causa sc̄e sonitus edūtur. Igitur qui credit se bene audire, quād dextra auris, uel male, quād sinistra infonat, illuc uanitatis plenus, nescit bonā aut malā sui corporis ualitudinē internoscere. Vīnū uero ex ueteri cōsuetudine, letitiae est, si effundatur, nō itē superstitionis causa. Nam Scythe & Tbraci, ut idem Plato in primo de Legibus testatur, in delicis habuerent, uestes micro per fundere, quod Germani hodie in eanis opiparis spar- gunt. At salis alia ratio: is enim sacer est, & amicum Deo, uti Plato vocat, corpus, quod corruptionis sit precipuus expulsor, sine quo nullū olim fieret sacrificium. Proutque qui sale ad rē nō necessariā utitur, uel forte

forte aliquā cum proiect, peccare indicatur, ipsumq;  
 pena quedā manere uidetur: unde omnis opinio or-  
 ta fertur Quod monachorū occursus est omnino, id  
 nequit uarietati assignauerim: bona enim illorū pars  
 nigro amiciuntur uestitu, reliqui uero discoloribus mi-  
 ro quodā artificio cōficit ueritate uestibus. Ex qua re  
 ut illi per paucorum hominū forsitan censeri homines  
 soluit, sic multo distillimi uidentur, et suo occursu  
 s illorū mouēt mortaliū mentes, quem minus firmi e sint.  
 Atq; priuatum tue questionis pertein explicatam ha-  
 bebis: alteram si uis, proponito. P O L. Narrare per  
 gen. Agrippa Menenio, P. Posthumio, Coss. bellum  
 in Sabinos gerentibus, fama est, hastis militares ad  
 mediam noctem in celo ardentes uiser, ex flamma ni-  
 bil cōsumptas, ac eo prodigio animos Romanorū con-  
 firmatos, facta maiore impressione, uicisse. Sp. Post-  
 humio, Q. Scrutilio, Coss. celū ardere uisum, qui non at-  
 nus tam hominibus quam pecori longe pestilētissimus  
 fuit. Hanc multo proptert, uox à quadam Vciente homine  
 edita est, futurum, ut Romani breui tempore Veii po-  
 tirentur, si lacus Albani montis nulla rationabili cau-  
 sa, in altitudinem insolitam audius, primo quoq; tem-  
 pore emitteretur: idq; Delphico oraculo confirmatū,  
 ac iuissum, ut donum Apollini mitteretur. Ita lacu siccato,  
 Vcientes à Camillo sub Romanum imperium re-  
 dacti sunt. Cr. Domitio, L. Annio, Coss. Ariminī tres  
 lumen uise, paulo proptert Ligusticum bellū est multa ce-  
 de gestū. Cr. Scrutilio, C. Flamminio, Coss. nauū spe-  
 cies in celo existere, aedes Spei de celo tacta, terre-  
 motus per Italiam irgens fuit, quem à Romanis ad Tra-  
 simenum

sumenam lacum, plega luctuosa accepta M. Marcellio,  
 Valerio Levino Coss. Victoria quæ in summo Con-  
 cordie fastigio fuerat, fulmine deiecta: sequutum est  
 magnum urbis incendium, per Campanos iuuenes fa-  
 ciat. L. Veturia Philone, Q. Cecilio Metello Coss.  
 Albe, duo soles uisi. Lux Fregellis noctu orta, quum  
 Poeni apud Betulanu à Scipione uicti, Hispanie pos-  
 sessione Romanis ceperunt. Anno belli Punici secun-  
 diiij. C. Seruilio Cæpione, Cn. Seruilio Gemino  
 Coss. Anagnie, sparsi primū ignes per caelū, deinde fax  
 incensa arsit. Scipio in Africa, iuxta Uticam, Pomo-  
 rum castra combusit. Cn. Cornelio Lentulo, P. Aelio  
 Peto Coss. Solis orbis minui uisus est, terra in agro Ve-  
 lieterno ingenti huic subscidit. Tum data pace Cariba-  
 ginensibus, secundum bellam Punicum finitum est.  
 M. Claudio Marcellio, L. Valerio Flacco Coss. Ro-  
 manæ columnæ ante Iouis ædem, ni turbinis decussa, cum  
 autem signo. Quo uiso, ex atrospicu[m] responso, om-  
 nes magistratus se primo quoque die autoritate abdi-  
 carunt. P. Africano, & Lælio Coss. Sicilia per xxxij.  
 dies continenter arsit, mox Caribago ab Aemiliano  
 Scipione diruitur. P. Africano, Cn. Fulvio Coss. Ana-  
 gnie, scrufo tunica arsit, & igne extincto, nullum flâ-  
 me apparuit uelutum: paulo post fugitiuorum bel-  
 lum in Sicilia ortum, Cn. Cornelio Lentulo, P. Lici-  
 nio Coss. Pisauri, tremitus terre longè auditus, & sine  
 terræmotu, murorum pinne deiecta: band multo  
 post ciuilia bella cæpere. C. Mario, L. Valerio Coss. in  
 Piceno, pafim domicilia terremotu prostrata: tum  
 fugitiui in Sicilia trucidati. M. Antonio, P. Dolo-

bella Coss. stella crinita, que à Grecis appulerunt  
 catur, orta est, quam ciuiile bellum inter Oceanium  
 et ipsum M. Antonium ex ardore excepit. Sed longe feliciter  
 eius extitit sidus illud, quo Magi Hicrosolymam deduc-  
 eti quæstum uenerunt Iesum Christum, recens natum.  
 Et anno M C X X I I I post, quā ipse Christus à Iudeis  
 est morte affectus, terra subito mota est, petre scissæ,  
 ac solis defæctio amplius tres horas durauit. Quæ pro-  
 digia paucis post annis, Iudeorū sequitur excidit.  
 Circiter annū salutis humanae D C X I I I. cometes  
 per mensam apparuit. Tum Cosmas Persarū rex Hie-  
 rosolymam diripiuit. Anno salutis D C C L X X V I I .  
 sol defecit, quam luna triduo ante idem passa esset: &  
 Mercurij stella uisa est in medio sole, uelut macula ni-  
 gra. Per idem tempus, Carolus Magnus ex Hispania  
 uictor rediens ad Pyrenæos montes, Vasconii insidijs  
 exceptus, uigente accepit cladem. Anno salutis M X I I .  
 fax ardens in flar turris, cum magno frigore, de celo  
 cadere uisa est, quā Hierosolyma à Turcis capta est.  
 Anno M C I X . mare preter modum circuit: cometes  
 per aliquot dies uisu: terra tremuit. Quæ prodigia ita  
 Paschalem secundum pontificem Romanum terrue-  
 runt, ut in plures dies supplicatio decreta fuerit. An-  
 no M X I I . circa Angliam, Oceanus nulla cognita  
 causa, mirandum in modum circuit. Haud multo post  
 insula in Dacorum ditione redigitur. Anno M C X C .  
 in Anglia, crux circiter meridiem in celo apparet,  
 quam Ricardus rex in Saladinum bellum comparabat.  
 Hec fortasse parum multa ex nimis multis, exempli  
 causa, recitata. R O B. Uno plura, quam cupiebam.

POLY.

## De prodigijs lib. III. 227

P O L Y. In hoc articulo, quod exciderat, pace tua,  
subijcam ut enim prodigiorum obseruatio, ita proce-  
ratio ad nos manauit: quippe ueteres perinde ac nos fa-  
cimus, quoniam in aliqua calamitate uel metu sumus, mul-  
tis precibus, sacrificijs, donis, uotis, mala que auspi-  
cia, monstra, prodigia, portenta, significare credeban-  
tur, auertenda curabant. R O B. Andini non sine uo-  
luptate atq; stomacho: ut enim à principio uix risum,  
sic postremò uix lacrymas continui. Quis non ride-  
ret amicitiam, insulsitatem, et imperficiēti an nē-  
rum, ut unus terræmotus, unum fulmen, unum ecclē-  
sie signum, rem sequūdam: alter terræmotus, alterum  
fulmen, alterum signum, aduersam, quemadmodum in  
antē demonstrasti, portenderet id quod fieri nō potest,  
si aufficibus credimus, qui aut suum iouem per hec  
signa monere homines, quid faciēdum, aut cauendum  
sit: quoniam nihil absurdum dici posuit, q̄ quicquā cer-  
ti significari rebus incertis, uti sunt ista tua prodigia  
nuper exposite. Sed dices: Si sinistra fuerint, propitiis  
erunt, quido Hetrusci, teste Plinio lib. ij. in sexdecim  
partes celū dividebāt, quō dira internosceret. Ad ea  
respondeo: Quid portenderit fulmen in medium mare  
enīsum? quid terræmotus in solitudine factus, ubi ne-  
mo est, qui talia prodigia notet? Quod ergo naturæ ut  
uno uel altero tempore, nulla constans efficitur, nō  
potest modis omnibus consequentium rerum signifi-  
cationem facere. Atq; ita prodigia illa esse nego, que ex  
altera parte collocata, ne minimi quidem momenti, ut  
uides, instar habet. Sic intelligis tua prodigia nihil cer-  
ti apparet, nisi illis, qui aut fulmine exanimantur,

aut ruina per terremotus edita obruuntur. Dolenter autem accepi, priscos intelligentie ueri Dei expertes, potuisse ciasmodi dchyramenta obseruandorum prodigijs impertiri etiā nostris. Quæ malū est ista Christianorum hominū impudentia, nō tam in ea re ballucinari, quā peccare! Quare tu nō utq; iniuria, quā primum in tua Anglica historia, tibi de prodigijs cōmemorandum esset, inuidie deprecande causa, sicut mihi alias dixisti, nulgi cōsuetudinem excusasti, ut ne eorum facta mentio tibi uitio daretur. Sed iam causa ciasmodi coelestium motuum persequamur. Haud ambigi uidemus quatuor esse elemēta: duo suprema, ignē & aerem: tunc dē infusa, aquam, & in eius medio spacio, terrā. Item tres coeli regiones, unan summā, que unū caloris ab ignis uicinitate concipit: alterā infimā, que reflexos à terra solis radios continet: tertiā medianā, ad quā omnis uis caloris à supra parte emisī, ac radiorum solis ab infimā retortorum pertinet. Et quoniam, teste Plinio, sidera terreno continent per se cunctur humore, hinc primam causam existit flammam celestium: quippe terra, auctore Aristotele, lib. Meteororum primo, à sole calēfacta, duplēcēm emittit habitum: alterū vocamus exhalationem calidam & siccām, alterū uero uaporem calidum & humidum: & ut illa uelut levior sursum uersum petit, ita iste uer gravior deorsum uersum subſidet, qui media frigida regionis contactu densatus, in pluviam soluitur. Igitur exhalatio, ubi ad supremam peruenit regionem, illico inflammatur, ex eq̄q; incendia fiunt, flammæq; in celo marias praefereentes formas inter nubes, coruscāt.

Vnde

Vnde sunt ille tue militares bastæ ardentes in celo ui-  
se, cælum ipsum flagrare, navium species, lux noctu-  
orta, sparsi ignes, facies accense, stelle ignite, quum  
plus humoris quam opus sit, hauriant, et crucis ruti-  
lantes. Ex esdem exhalatione oritur cometes, sidus  
terrificum, quod tanta eius sit uis, ut commutaciones  
quam magnas rerū faciat, ac ita maxime augeat mor-  
taliibus bilem, unde bella existunt: ac propterea tu cri-  
natum stellam non ineptè magnarum rerum momen-  
ta, mortesq; regum denunciare dixisti. Terra item ex-  
halante, spiritus repentini coerti, si fluxerint, si ueni-  
fient: si se in aubem inducerint, eiusq; partem tenuissi-  
man dividere caperint, inde tenebre conduplicabun-  
tur: inter easq; fulgur coruscabit, ac mox cælum toni-  
trum contremet, grandoq; mista imbræ cadet: si ardor  
nubium conflictu se emiserit, fulmina erumpent: si nu-  
be depressa, decicti, illinc secui existent turbines. Ful-  
minum autem idem Aristoteles tria diecit esse genera:  
unum, quod adiurit: alterum, quod infuscat: tertium,  
mirabilis nature, quale fuit illud, quo tu exposuisti tu-  
nicam seruo arsisse, nullo flammea relusto uestigio. Sed  
ad maximorum luminum multiplices imagines genia-  
mus. Quoties enim nubes densa ad solis latus extite-  
rit, jacant aquam emissa, si in ea sol prius fracto ra-  
dio, suam informauerit imaginem, quod in ære polito  
facit, tum quam multus apparet: illud uel luna fa-  
ciet. Ac bene est, quod duo tres ne soles, aut totidem  
lunæ uidantur: quemadmodum utriusq; defectus cau-  
sa est, quum luna intercedit soli, et terra lunæ, sic,  
ut nihil sit, quemobrem defectus eiusmodi siderū natu-

ralis prodigiosus habebatur. Postremo, ut ne te motus terre terreat uelut inopinatus, accipe causam: ueni enim in uenat atque cavernas terre abditi, ad exitum contendentes, illud faciunt: quippe in terra tremor idem est, atque in celo peruidente si uentorum, totius trium. Ex quo sit, ut, teste Plinio, nunquam terre tremiscant, nisi tranquillo celo: et per id, mare quoque sine flatu, conuulsuscat, effugit inborrescat. Et hoc est, cur obseruatum dixisti Oceanum aliquando nulla euidenti causa, creuisse. Ista quum germana natura ratione ita sint, putas ne in prodigijs habenda? Ceterum de lacu Albani montis emissione, non possum non ridere futilem Romanorum in hac parte, uel crudelitatem, uel curiositatem: qui cum militum tam patientia et robore, cum Canilli ducis uirtute, tandem Veios cepissent, eam uilloriam uoluerint Apollini acceptam referre: propterea quod partim demonum operatione, partim humana fraude, Delphicum responsum congruerit cum ioco cuiusdam Veientis sensis argumentantis, tam per difficile esse Veios expugnare, quam siccare lacum. Quod sancte argumentationis genus usurpare soletur, quum aliquid factu haudquam facillimum innuimus. Sic Poete:

Anie leues ergo pascentur in aethere cervi,

Et freta deslituente nados in littore pisces,

Quam nostro illis labatur pediore uultus.

Sed tandem aliquando Romanos, credo, paenituit sua studia, quum postmodum uidetur oraculum illud Delphicum cum reliquis erranssse: quod nunquam accidisset, si eis rei autores humanitatis expertes fuissent. Quippe ea

per ea seclatorum natum totius orbis longè fallaciſi-  
mis reſponſis opes pefum corradentiaſi arā, paulo ante  
Ciceronis tempora, iamiam Chriſti Scrutatoris appro-  
pinquāte aduenitu, corruit, qui lib. de Diuinatione pri-  
mo id teſtatur, inquiens: Deſendo unam hoc, nunquā  
illud oraculum Delphī tan celebre et clarum fuifet,  
niſi omnis etas oraculorū illorum ueritatem eſſet ex-  
perta. Idem iandiu nō ſacit. Ut igitur nunc minore glo-  
ria eſt, quia minus oraculorū ueritas excellit: ſic tunc  
niſi ſumma ueritate, in tanta gloria non fuifet. Hec il-  
le. Atq; ita Apollinis memoriam ſola ueritas excellit, id  
quod predixerat Zacharias propheſta: Et pſeudopro-  
phetas & ſpiritu immundū auferam de terra. Lamba-  
bes q̄a signa nulla eſt, id eſt, hæſtas ignitas, ardore ece-  
li, cometam, ſolis & lune defiſiones, que uel in mu-  
tos annos predici poſſūt, uti res nō caſu, aut loviſi cui  
mutu, ſed naturæ efficacia accidentes: item fulmina, ter-  
remotus, et cetera ut prodigiosa à te ante proposita,  
que naturæ receperit at ſuo tempore perficit. Nec diuid  
ſupererit, niſi de tua ſtella diſſerere, que Persar magos  
ad natale Chriſti ſolū perduixerat: que neq; prodigio-  
ſa eſt, quid nil predixerit faciēdum: ſed quid iam ſa-  
cram eſt, id eſt, Scrutatore natum teſtata ſuerit. neq;  
ſtella extitit. Primum q̄a contra naturā aliorū ſiderū,  
que ſatis quippe conſtat ab oriente, cuncta in occiden-  
tem uerſus ferri, ab oriente in meridiē curſum tenuit,  
perinde ac loci ſitus requirebat, quædo Palearia Chri-  
ſti ortu nobilis, ea parte ad Perſideum, unde magi uene-  
rāt, ſpectat. Deinde, quid æquæ interdiu atq; noctu di-  
luxerit, quod per ſolem, ceteris negatiū eſt ſideribus.

Item quia eis lumen modò occultatum, modò cù patefactum: postremò quodd secundum firmè terram per currerit, quam certum gurgulium ubi puer Iesu erat, demonstrat: quod non fecisset, si per superiorēm cœli regionem, ei cursus fuisset. Sed inquies: Equis fuit? Tibi diuine Ioannes Chrysostomus respondeat, mibi enim forsū: non crederes, qui in Mattheum, homilia yi. de ea re ita scribit: Quod enim non una furet bæc stelle de pluribꝫ, immo ut ego arbitror, nec stellla omnino, sed quedam inuisibilis virtus specie sideris figurata, ab ipso primum itinere monstratur. Et ferè est persequitur, quas tibi modò rationes quam breuissimè potui, explicui. Ad extremam, quod affueratio ne affirmasti, occiso Christo, terramotum, petras per fractas, deliquium solis, prodigiosa omnia fuisse, non est ita: illud potius attende, Iacob iam inde ab initio prædictissime istuc futurum tempus, quam post Scrutorem natum, Iudeorum sequeretur excidium, inquiens: Non auferetis sceptrum de Iudea, nec dux de semore eius, donec uenerit, qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Iḡt̄ Dominus in crucem adiit, per cœlum et terram voluit suam mortem testificatam, et ut Corysostomo placet, ea dedit signa Iudeis incredulis, quibus, sicut apud Ioannem est, respondit: Quam sustuleritis filium hominis, tu cognoscetis, quia ego sum. Sic isthe significatio fuit iuste Dei irae, in Iudeos, quò intelligeret uenisse tempus, quā merito meritissimo plecteretur. Ac his cōtentus rationibꝫ, non te in eiusmodi reb. perficiendis ultra ponat, rogo: sed si quid habes dicere aliud, animū tuū ea expedito cu-

ra, que ut video, quo magis progrederit, hoc tibi maiorem dat superstitionum istarum querendarum cupiditatem. P O L. Ad tertiam ergo disputationis partem aggrediar, as portenta paucis peritringam. Xerxes Persarum rex ubi primum in Europa usq[ue] fugiti po-  
suit, Gracis bellum facturus, accepit equam leporum,  
& malum malum ambiguis genitalibus, in exercitu suo peperisse: & licet essent, qui malum inde belli exi-  
tum coniecerant, ipse uiriusq[ue] aspernatus osteneat,  
postremò tamen iacturam fecit. Quam Dion Syracus  
sanus exul in Dionysium iuniorum Sicilie tyrannum  
moueret, sues sine attributis, natos strunt: tum Diony-  
sius suis uiribus diffusus, hosti principatu cessit, in exi-  
lium concedens. Ita significatum fuisse in hominu[m] mun-  
tibus inhabesit, ut breui tempore ciuium aures ab audi-  
tione tyranni disuacue essent. L. Scipione, C. Lelio  
Coff. R.ate, mula peperit. L. Q. Quintio, Cn. Donatio  
Acnobæbo Coff. capra sex haedos uno partu edidit.  
Arretij, puer unimanus natus: tum Romani bellum  
Antiocho Syria regi indixerunt. M. Meſala, C. Linio  
Coff. in Umbria, secundas xij. fermè annorum natus,  
qui aruspicum iuſſu, est illico necatus: quum Galli al-  
pes transgredi, ac subito metu percussi, pedem sua qua-  
si sponte retulerunt. Item Q. Fabio Maximo, Q. Ful-  
vio Flacco Coff. Siueſſe, infans natus, qui utrumque  
babebat ſexum. Nos tales appellamus Hermaphrodi-  
tos, Graci uel Androgynos. Et alter infans cum cle-  
phantí capite, tum Marcellus ad Canarium cum An-  
nibale congressus, in fugā uertitur. P. Sulpicio Gal-  
ba, Cn. Aurelio Coff. paulo ante initiam belli inter

Romanos, & Philippum Macedonia regem orti, Frusinone, natus est agnus cum suillo capite. In Lucanis, equus cum quinq; pedibus. Sinuessa, porcus cum capite humano. L. Cornelio Lentulo, Aulo Iulio Appollo Coss. in Brutis, pulli gallimacri tres, cum ternis pedibus nati. C. Bebio Tamphilo, L. Acmilio Paulo Coss. Reate, tripes mulius natus. band multo post Cetiberi debellatur. T. Gracchus, M. Iunencio Coss. Priuerne, puella sine altera manu nata. C. Claudio, M. Perpenna Coss. puer sine ventre exitu natus, quā Macedonia provincia Romana à Medis usq;staner. L. Scipione, C. Norbano Coss. in Hetruria, mater familiis unum peperit serpentē: qui in flumen proieclit, averse natuuit aqua, quā illa nefaria Sylla proscriptio erupit in miseros cines. Sub finem dñi Augusti principatus, Faustina quedā plebeia Ostie, duos mares, totidēq; familiat enixa est. Quod portentū ingēs famē sequuta est. Circiter annū salutis humanae DCVIII. Cosdras Persorum rex Romani imperij fines violare cœpit, quod malū puer quadrupes natus prædictissē creditur. In Gallia anno salutis MXVIII. sus facta porcellum humana facie enixa. Sequens est annus pestilētis. Ante annum salutis M C X I . in Anglia pullus gallinaceus quadrupes natus, quem bellum ingens inter Gallos & Henricum primū ardere cœpū. Anno M CCCCLVI. in Sabinis biceps vitulus natus: in Piceno infans cū sex dēcibis ortus. Tū Turce nostra pafsim loca capere cœperūt. Et anno MCCCCXC IIII. Rome gemini nati, simulq; uno corpore cōiuncti, eversi inter se manib;. ac facie, qui pauculos uixerūt diēt.

Et

Et non multo post puella virgo filium semicanem peperit. Quae sane prodigia significarunt cedes, et flagitia, que postea Alexandro sexto Romano pontifice, facta sunt. Sed cuimodo monstra omnia sint, satis per haec pauca ostendimus: tu uero iam te acues ad ea consideranda, si aliquo pacto potueris. R. O. B. Preclarè admones, ut me accingam ad improbanda que hanc cuiquam omnium hominum probantur, quibus naturæ uis cognita sit, de cuius mirabili arte in omni rerum fabrica, paulo ante abundè docuimus. Si hanc igitur attenderis, nihil crux quod ad tuam questionem respondeam. P. O. L. Y. Operæ preclaram facies, si breuiter explanaueris, quid ipsa sit natura, et an secundum deum: ea quam tanta sit, ubi potior esse debet, que, ut害怕, in uera adhuc ignoratione uersatur. R. O. B.

Vereor, ne non id querere, ridiculum sit, uti Aristoteles in libro Physicorum primo ait, et presertim in nostræ disputationis fine, quum haecenius bona superstitionum partem duce natura, putemus nos exterminasse, funditusque eradicasse. nam qui rem obiectam non uidet, quis ei illam ostenderit? tanen quod magis cupide, quam apposite exigit, officiose faciat. Natura à philosophis definitur esse principium motus per se, non item per accidens. Exempli gratia: Uniuersa corpora habent motum per se, sic ignis sua sponte sursum uersum fertur, terra uero deorsum uersum: et id non per accidens. nam si alterum suum cursum mutaret, istud arte, non natura occidetur. Sed Cicero libro de Natura rerum secundo, multo subtilius rem ipsam explicat, ita scribens: Namque alij naturam esse censent uim quandom

dam fineratione, carentem motus in corporibus necof-  
series Alij autem non participem rationis, atq; ordi-  
nis, tanquam uia progradientem, declarantemq; quid  
cuiusq; rei causam efficiat, quid sequatur, cuius soler-  
tiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi pos-  
sit hincando. Seminiis uim esse tantam, ut id quamvis  
sit per exiguum, tamen si inciderit in concipientem,  
comprehendentemq; naturam, natumq; sit naturam,  
qua ali augeriq; possit, ita fingat & efficiat in suo  
quodq; genere: partim ut tantummodo per stirpes a-  
lentur sūm, partim ut moueri etiam & sentire, & ap-  
petere possint, & ex se similia sūi gignere. Cicero  
haec tenet. Et Seneca libro de Beneficijs iij. naturam  
ita interpretatur: *Natura, inquit, hoc mihi præstat.*  
Non intelligis te quoniam hoc dicas, mutare nomine Deo?  
*Quid enim aliud est natura, quam Deus, & divina na-*  
*tio toti mundo, & partibus eius inserat?* Et subdit: *Er-*  
*go nihil agis ingratissime mortalium, qui te negas Deo*  
*debere, sed naturæ: quia nec natura sine Deo est,*  
*nec Deus sine natura.* At diuus quoque Ambrosius,  
libro quem de Noe & arca scripsit, naturam appella-  
bit omnium matrem. Habet natura, accipe eius opera,  
ratione confusa: quanquam intelligo iampridem in-  
ueterasse, ut uana mortalium obseruatione, prodigio-  
sa dicentur, perinde ac tute ipse appellas. Natura eni-  
am, teste Aristotele, libro Physicorum secundo, que  
semper ad id quod perfectius est, militat, nunquam pec-  
cat, nisi impedita copia, uel inopia: aut corruptione  
materie, que, ut de alijs taceamus, opus est, in anima-  
lia procreatione. Ea materia est semen, quod si mul-  
tum

tum facit, illi innumeri partus, quos memorasti ut prodigiosos edentur; si parum, unus, et ille quidem debilis; si uero corruptum, cadauerosum. Illa ipsa porrò ratione constat etiam monstra que vocari gigantia; si quidem scimen si abundaverit, inde agnata membra creabuntur, ut ille puer quadrupes, alter dentatus, ille triplex mulier, ac id genus, de quibus ante mentionem fecisti. At si scimen defecerit, aliquod membrorum deficit; sic natam esse scias puellam sine manu, sive sine auribus, quemadmodum modo exposuisti; si corruptum, tum confusum imperfectumque gignetur corpus, ut illi gemini Alexandro R.o pontifice, Romae membris aduersis nati; et ille puer tuus, sine ullo ventris foramine; ac alter seminuit. Sed ea crebrius, ut idem Aristoteles lib. de Natura animalium iij. tradit, in ijs quorum partus numerosus est, et precipue in animalium genere, eorumque potissimum in gallinis, quibz. est numerosus partus: non modo quod sepe pariant, uerum etiam quod multos intra se simul conceptus continent, omni tempore cocant. Ex quo sit, ut si ouorum uitellata posita sint, ut non distinguatur illa interiecta membrana, pulli monstrosi nascantur, quales tu antea natos de monstrasti. Iam ad hermaphroditos ueniamus, quorum ortus causam accipe ab Aristotele, qui ibidem ita re explicat: At in ijs que pariunt, si ex ipso ueniunt, non uero copia partus impedit, alter alterius perfectionem, et causam genitalem. Ita gigantur interdum alia pluribus, quam insitum sit, digiti. Eodem modo in ceteris partibus aut excedent, aut deficiunt: nonnulla etiam duplice genitali, altero maris, altero foamine emascuntur,

tur, et in hominum genere, sed maxime in capraram, propterea quod simul genitale habent et maru, et famine. Ceterum recentiores Medicis aliter de rei eiusmodi causa, et si nescio, quam recte, referunt, qui in mulieris utriculo septem seminis receptacula esse tradunt. que ita dixidunt, ut corum tria in quibus mares procreantur, ad dexteram partem existant: ac totidem in quibus feminæ, ad sinistram inter illa autem, unum extare in medio, et in eo hermaphroditos sive androgynos formari, quasi natura utrinque vim suam in id partus effundente. Verum nobis Medicis de utriculi receptaculis, non uidetur Aristoteles ad stipulari, qui libro de Natura animalium 7. ait, mulierem summum filios quinq; parere uno partu, sic ut illud quis commentum suspicari posset. Reslat de turpioribus dicere monstros, que tantum abest, ut sine stomacho persequi queam, ut si tua uenia liceat, ijs omnibus, malim ieiunius ad uesperū, de reliqua parte nostri sermonis differere, quia in re tam foeda lenitorari: que periude tuum, certò scio, turbabit animū, ac meum nihil tranquillabit. P O L. Oro, perge, quā obsecnitas in rebus, non item in uerbis iugis. R O B. Imò facin ora ista nefariorum libidinum et re et uerbo turpia sunt: tamen si fieri potuerit, honesto modo rem perstringam. nam ne mihi quicquam criminis uertatur, quod de me flagitiis narrante possent minimè male cogitantes aliquando imitandi exemplum capere, Plinius causam semiferorum partuum tradet, qui lib. septimo, capite 2. ex Artemidoro auctore Greco, refert viros Indorum quodam cum feris coire, miseriq;

G.

et semiferos esse partus. Atq; hoc fuit, cur Romae memoria nostra, uirginem ex canis hanc dubie cōcubinam, filium semicanum peperisse, cur suam foetam porcum humana facie enixa dixeris. Et quia seruat natura genitrix, id est in ceteris brutorum, si diuersi generis belluae inter se coluerint: ac propterea nuper retulisti agnum suillo capite insignem natum, quod uerres iniuerit omen. De his satis dictum. Quod autem mula peperit, miraris? ego uero mirandum disco, quia conceperat: etenim si mula foeta erat, necesse habuit parere. Sed nouitas rei mouet, inquiet, admirationemq; facit, propterea quod nulla nisi uena ac admirabilis re commovetur animus. Ita solis exortus, cursus, occasus, nemo notat, quia quotidie sunt: at eclipsim uniuersi miratur, quia raro accidit. Cur mecum, quoniam nihil sit factum, quod fieri non potuerit? Theophrastus, teste Plinio, autor est, in Cappadocia mulas parere: et Aristoteles in terra Syria, supra Phoenicē, mulas omnes pariter coire ac parere, dicit. Id quod alibi si nonnumquā acciderit, hanc video aliquid esse, quemobrem dicas cum parvum prodigiosum, cuius auctor natura fuerit. Ita probè intelligis, credo, causam gigantorum monstorum, quam audiē indegabes: atq; nihil in ijs factum, quod fieri non potuisse. Sanè hac sola ratio, autore Cicerone, de Divisione, ex sententia et testimonio interpretum portentorum ualit, contra omnia ostenta, monstrare, portentata: Nonquem, quod fieri non potuerit, esse factū: si potuerit, non esse mirandum! Atq; sic declaratur, nihil bendum esse monstrū, seu portentū, quod fieri possit. Igitur in errore in quicunq; monstrorum nouitatem, quippe raro

raro procreantur, te iampridē traxerit: nunc tandem nature ratione adductus, seu potius uictus, caue amplius manear, ac per eiusmodi monstra suo tempore, et cum causa orta, aliquid quod futurum sit, significari credas. Evidemt quis esset tam mentis expers, qui exsiliaret Deum unicum orbis rectorem, scilicet suos mortales per istos, post hominum memoriam multo fardissimos obsecnissimosq; partus, rerum futurū monitos! De lepore ab equa edito, in Xerxis exercitu, nihil est quod argumentaretur: non enim inuitus patior, ut illud tam bellum commentum in Gracorum fabulis habeat. Porro sic Graeci canillati sunt in regem, fungentes equam bellissimum animal, peperisse leporem timidum & fugientem: quod ille numeroso instrutus exercitu Graciā infestarit, ac postremō uelut lepus inbellis sese in pedes dederit, quemadmodum apud Herodotum, & Trogum legitimus. Huius fabulae similitudine altera quam narravi de uidiere, que ut ipse ēō iectura augutor, somniant: uti uero tu minus omnino accurate asseris, et credidit se enixaui uilem serpentem: Nam farniam nō mulierem peperisse serpente, hanc abborret à uero: quod si tu eniā aduertisses, dixisses farniam serpentem peperisse, & illud admiratione dignum accidisse, ut serpens recens natus potuerit aduerso flumine natare: ac ita prodita ueritate, fabella refraxisset. Habet responsonem dignam physiologis, hoc est, naturae ratione, quare iam ad sermonis quotidiani clausulam uenito. P O L. Quoniam me festinatione premis, nulla uerborum circuitione utar, sed recte ad finem differendi aspirabo, quando, ut uerum fatear,

fatear, me quoq; disceptandi iem ferme tenet satietas: sed tuus disertus sermo usque eò delectat, ut nullo tempore excludi, nullo labore defatigari posse mihi uidear. Itaque extreum accipe aitum. P. Volumnio, Sermio Sulpitio, Cos. pluit carne, etiāq; imbreu ingens animam multitudo rapuisse fertur: itene bos loquuta. Anno qui inseguimus est, exules Romani et serui numero amplius quatuor millia, duce Appio Herdonio, bovinis Sabino, Capitolium occuparunt, unde non sine cinium cede, expulsi. Alexander Macedo dum Tyrum oppugnabat, riuuli sanguinis folibus flare incipientibus, per ignem fluxere: et milite panem in castris frangente, guttae sanguinis manerunt. Eo prodigio non mediocriter Alexandrum deterritum, uates Aristædrus consolatus est, affirmans id mali quo dportièderetur, in obsecros uersum iri: propterea quod crux intus, non furis effusus. Tyriorum excidium paulo post sequutum est. Fabio Max. P. Decio, Cos. terra pluuisse fertur, quā una legio à Gallis Senonibus ad Clusium deleta est. Cn. Domitio, L. Annius, Cos. in Piceno, flumen sanguine fluxit. Cn. Sernilio, C. Flaminio, Cos. in Piceno lapidibus pluuisse: ac sub idē tempus, in Sardinia, duo scuta sanguine sudasse: et iterum Aricié, lapidibus pluisse, nunciatū esti quā ad Cannas haud multo post plaga ingentissima à Romanis accepta fuit. P. Cornelio Africano, T. Sempronio Longo, Cos. in Romano foro, ac in Capitolio, sanguinis gutte uise: terra pluit. Interāne, lac fluxit. Inde cū Bojō Gallie Cisalpine populis, multa utriusq; partis cede pugnatū. Cn. Fulvius Flacco, Appio Claudio Pulchro,

Q. Cos.

Coff. Rector, per grande sexū uolitare uisum est, quā  
Marcellus hanc procul Canufio, ab Annibale in ca-  
stra fugatur. C. Bebio Pamphilo, L. Armilio Paulo,  
Coff. Lanonij simulacrum Iunonis lachrymavit, tum  
Ligures uicti in Romanorū ditionē uenerunt. P. Plan-  
tatio, M. Fulvio, Coff. Veys olio et latte pluit. Anno sa-  
lutis humanae circiter L. IIII. in Britānia, antē per di-  
es aliquot Oceanus eruore uisus est fluere, quam Rō.  
presidijs facta fuerit occisio ab insulanis, qui subito re-  
bellarant. Circiter annum salutis D L XX. ē cælo  
sanguis manasse dicitur: quam per idem tempus, Lō-  
gobardi duce Albuino, sese in Italianam effuderunt, ubi  
amplius C C annis, postmodum regnū obtinuerunt.  
Ceterū ex coniclu oculorum, habituq; oris, ista ti-  
bi stomachum facere coniçio: quare ne tibi molestiae  
simphera id genus portenta que innumerabilia eius-  
modi occurruunt, proponēdi studio libenter supersede-  
bo: mittanq; multa, que admirabilitatem magnan fa-  
cerent. R O B. Certè iam sapis. nam si multus in his  
explicandis demonum potius quam hominū in nulla  
memoria auditis somnijs esse, et mihi et eis qui posse  
legerint( literis enim hos tridui sermones nostros, nō  
dubito quin aliquādo mādaueris) naufragam moueres.  
Sancti hacenus bene res se habuit: quippe tu præclarè  
istam nostrā comœdiā absoluisti, cuius, uti scis, in fine  
fabule lētitia peculiaris est: siquidem in isto extremo  
actu nihil non ridiculū, nihil non fictum, nihil non ua-  
num, et deniq; nihil nō efficax ad mouendum risum  
existit, quando non modo fabulosis inaudita, sed incre-  
dibilia improbabilibus intexuisti. Bone dixi, quis un-  
quam

quam audiuit bonem loquentē? aut uidit carnis, terrae,  
sanguinis, olei, lucis & lapidū imbre, vel fluvium,  
sive simulacra lacrymatis, vel scuta cruentata?  
Nulla tempe in ijs non modo ueri effigies, sed ne um-  
bra quidem, aut imago apparet. At tute hercle, qui bo-  
nam Christiani orbis partē peragasti, dicas queso,  
uidisti uispiam tale quid? Tacesti gaudeo: plus utiq; ue-  
ritas, quam eiusmodi nefaria uanitas, ut video, apud te  
ponderis habet. Ergo ista omnia quum nūquam falla  
constent, neq; fieri possent, dicemus monstra, ostenta,  
prodigia, portenta! Nihil profectō minus, sed metu  
portentorum interpretū pigmenta: quorū sententia  
et si planē ioculatoria est, nihil babendum monstrum,  
sive portentum, quod fieri poscit: quā nos antea, quia  
in rem nostram conueniebat, facile in eos cōtorsimus,  
et nunc penitus infirmabimus, hoc pacto: Ergo quod  
fieri nō potest, si fiat, id portentū erit, cuiusmodi sunt  
que nuper exposuisti. Sed si fieri nō potuerit, quomo-  
do fiet, nisi illud factum esse configatur? atq; sic con-  
fictio sola est portentorum patens: namq; omnis angu-  
rum, natumq; conatus eō pertinet, uti diuinitatis sciē-  
tes uideātur. Ita bos tua loquuta fertur: sed quid locu-  
ta sit, nullus auctor tradit, propterea q; nemo verba au-  
diuit: mugitū pro uerbo, quispiam insanus uates inter-  
pretatus est, qui fortasse fundo audierit asinā Balaam  
olim loquuntam, quō ita religione amularetur. Verunt  
asinā, ut in Numerorū libro est, iussu Dei, verba pro-  
tulit: bos uero ista, sive hominis loquuta dicitur, que  
more suo mugitur, quādo uerbe nūquā ponuntur. Alii  
aut̄ eiusdem generis sunt, id est, nulla, quā fieri posse

Q. 2 defferen-

desperentur, preter illud ultimū, quod narrasti, inter  
 dum pluissē lapidib⁹. nam Plinius libro secūdo, cap.  
 38. id fieri non insiciatur, inquiens: Quām & ideo la-  
 pidibus pluere interim, quōd uento sine rapī, et mul-  
 ta similiter. Hec ille. Ea ratio potest uel ad terrae im-  
 brem ualere: nam satis constat, puluerem quā terra mi-  
 nuta est, uētis in aērem ferri, atq; instar pluvie in ter-  
 ran decidere. Sed etiam aliorum mirabilium aliquam  
 rationem redditam nolo, ut ne dicar Sisyphii cœpisse  
 labore⁹, qui battenus cetera ueterum superstitionū  
 argumenta rite refutauerim, postremo non habeam  
 que dicam, de causa opinionis uulgi, quam stulte im-  
 biberat, de eiusmodi imbre monstrifero. Sanè terra pa-  
 rens rerum cū multa alia, tum aquam pluvia in pri-  
 mis colorat: si cuīm rubrica sit, imbrem fluentem red-  
 det rubrum, fluorilem cruentis: si alba, lacteū, fluorilem la-  
 citis: si pinguis, uilginosum. similem olzi. Ac ita decolo  
 ratio ex contagione terrena, errorem olim mortalibus  
 nimis credulis attulit, ut crederent per eas rerum simi-  
 litudines, deorū consilia sibi pateficeri. Sudor uero &  
 lachrymae ex uiris corporibus sunt: sed humor extrin-  
 secus allatus, uelut in parietib⁹ uidemus, utrūq; imita-  
 ri potest. Quānq; id humanæ potius fraudis opus fuit:  
 quod memoria quoq; nostra factū scimus. ego enī u  
 di simulacru Deipara, eiusmodi lamentatiōe insigne:  
 quippe quod cuiusdam monachi pecunia ita corrade-  
 tis artificio, in annos singulos, Martio mensē, lachry-  
 mabat, palmitē uitis à tergo in foramen quod ad ima-  
 ginis oculos pertinebat, inserto: sed dolo comperto,  
 scelus auctori fraudi fuit. P O L. Causam certe magne  
 cura

euia inuestigasti, atq; enodatè & diligenter exposui-  
sti, qua adductus tecum iam cōsentio. Verum reliquā  
est, ut de sortibus aliquid differamus: quò nibil sit,  
quod mox in nostro sermone desideretur. R O B.  
Aliud ex alio apud te semper incidit: qui fiet, ut tan-  
dē aliquando hūc cōficiamus sermonē, si nūquam non  
cōdem renolueris? Credis rem parni momenti fore, ut  
de sortibus disceptemus? quarum tu originem libro de  
Inuentoribus rerū primo, capite ultimo, si bene recor-  
dor, apud Latinos extitisse pro didisti: & eas Cicero  
suo tempore, ut fallacie ad quæstū ac errorem inuen-  
tas, penitus explosas affirmat, quod in eis temeritas et  
casus, nō item ratio ulli, aut consilium ualeat: ergo non  
est quod nunc illas ipsas in memoriam nostra disputa-  
tione redigamus. Quare noster labor decursu longae  
orationis exantlatur, hic iam consistat: nec tu pro tuo  
ēre, tametū in isto regno tuo es, sumas, ut uelis me no-  
uis semper disputationis laqueis, multa percontendo,  
irretitum tenere. P O L. Hunc extrellum actum  
ne misum facias, oro. nau in eo tantum erit uoluptatis  
atq; utilitatis, ut facile disturus sis, me ueritatis cupidi-  
orem quam cōtentioñis, pertractationem huic se rei  
intecissē, qui nō ignoro quādū multa in sortiū usū pec-  
centur. R O B. Non iustabor tecū, Polydore, amplius.  
Reperio apud Platonē, primum de Legibus, deinde  
de apud Origencim super Iesu Naue, homilia 23. du-  
plex esse sortium genus: unum humanū, alterum diuī-  
nū. Sed de hoc primū. Sors diuina definitur esse Dei  
iudicij index, antea multa prece et obsecratione eoru  
qui eam exquirunt, petita. Sic per Moysen Deus man-

Q. 2. danit

davit Aaron, ut sortitò hircos legeret, in Leuitio, cap. 16. inquietus: Loquere ad Aaron fratrem tuum. et subiungit: Suscipier ab universa multitudine filiorum Israe-  
li duos hircos, pro peccato, et unum arictem in holocau-  
stum: quumque obulerit vitulum, et oraverit pro se et  
pro domo sua, duos hircos stare faciet coram Domino  
in ostio tabernaculi testimonij, mittensque super utrumque  
sortem, unum Domino, alteram capro emissario, cuius  
exierit sors Domino, offeret illum pro peccato. et c.  
Sic Moses, ductus sorte, divisit tribui Ruben, et tri-  
bui Gad, et dimidie tribui Manasse, quæ poposcerat  
trans Iordanem, terram. Sic Iesus Nazareno suo populo ait:  
Mittam sortem, et proferam in conspectu Domini sor-  
tem: si vos tamen prius describentes terram, attuleritis  
descriptionem eius. Et ita post hec, sortibus missis, hereditas populo Dei distribuitur, et agitur sors ista, se-  
cundum prescriptum Dei. Ac ita septem tribubus Be-  
niamin, Symeo, Iacob, Zabulon, Aser, Neptalem et  
Dan, possessio terre tradita est. Quid, quod uel aliae  
gentes Dei nescientes, in redubia sortiri consueverant  
quam enim Jonas propheta fugiens a facie Domini, Thar-  
sum navigaret, et tempestate subito orta, nauis per  
sortem quererent, cuius causa tantum impendebat pe-  
riculi, cogerentque Ionani rogare Deum suum, ut id in-  
dicaret: autem ipius Dei, cuius voluntate et omnia ge-  
rebantur, ita accidit, ut sors super Ionam ceciderit.  
Item in Actis legimus, Apostolos multis precibus egis-  
se apud Deum, ut significaret, quem uellet virum in In-  
de locum surrogatum: et emissis sortibus, Mathiam  
substituisse. Sed quid multa iam intelligis sortem dixi

nam esse, & omnibus precibus petendam, ut id quod querimus per sortem, consequuntur Deo acceptum refemus. Humanum uero sortium genus est, quo utuntur sortilegi illi, qui omnem rei eventum temere ac insipienter taxillis, tesseris, scberdis, in quibus nomina sortiem expectantiam inscripta sunt, digitorum usicatione, surculis imparibus, & mille eismodi puerilibus modis, in fortunam & casum conseruant, nihil interim a Deo posse ceteres, ut res bene cadat. Que omnia, ut humanae stultitiae plena, Christianis legibus uicta sunt: quod non sint, qui credant, his modis diuinam exquisitam iri uoluntatem. Sed uiolatores legis non quam deficiunt, quales sunt etiam nunc, qui quam aliquid sine acturi, ita augurantur. Aperiunt enim subito codicem Psalmorum, uel Poetarum cuiuspiam, & quem primum intuentur uersum, illud interpretantur: ac prout in eis leta aut tristis continetur, ita suum negotium comode uel per incommode casuram suspicantur. Ita legimus apud Aelium Spartianum, olim Hadrianum per sortes quesisse, quo in se animo esset Trajanus Imperator: & uersus Vergilianos intulam, in specu potius di imperij uenisse. Fuerunt uersus:

Quis procul ille autem, ramis insignis olens  
Sacra ferens? nosco crimes, incanq; menta  
Regis Romani, primam qui legibus & benti  
Fundauit, Caribus paruis, & paupere terra  
Maius in Imperium magnum.

Quanto nepe reddi facerent, si invocato numine diuino, in prospiciendis rationibus constituarum regenderumq; rerum suarum inhererent? Fuit preterea


Q. 4      aliis

alius apud ueteres sortiēdū mos, de quo Cicero in Ver  
rem mensurit, qui etiam nunc scrutatur: Et id quidem,  
quemadmo<sup>r</sup>. Nam multi rentur, haud contrā, quam lex  
tubet: si mens sortientium recta sapiet, id quod modò  
demonstranimus. Verbi gratia: Q<sup>u</sup>am aliquis magi  
ster: sicut preſectus sit eligendus, innidie uitande exu  
ſu, suffragiis duo tres ut renunciantur: quo facto, res ad  
jactem uo. alior: Et quot renunciati sunt, tot sortes in  
hydriam coniunctantur, ac ite cuius nomen exit, is ma  
gistratus, uel preſecturam habet. Ac denum de queuis  
re sortibus consiliabant. Sic Cesar testatur, quum in  
fine libri. . de bello Gallico loquitur, de M. Val  
erio Procul<sup>m</sup> hostibus capto, inquiēs: Is se preſen  
te, de ſe ter, abus consultum dicebat, utrum igni fla  
tim necare, an in aliud tempus reſervaretur. Sor  
tium beneficio ſe eſſe in columem. Et hæc raptim de  
sortilegio. Iuſu uſq; ad extreμū tempus dici colloqui  
ti, hinc iuſtro diſce demus: quū triduo in hoc familiari  
ſermone ritè coſumpto, mihi, ut ſeit, cras meū iter ad  
Academiam Càtabrigiensem, que propè bidui abeft,  
conficiendum fit. Tu uero uale, Et quā per negotia  
lūcum fuerit, que in preſens multī uerbis inter nos  
contulimus, poteris in posterum tempus,  
in breui ac eleganti jcriptura,  
in alijs legenda prodere.

P I N I S.














18913660







ELIXIR

167

ELIXIR

ELIXIR